

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Tarnow Matthias Lizov

**Synopsis controversiarum De Magistratu Politico : In Qua Ordine Eodem Omnes
quaestiones proponuntur, explicantur, & examinantur, quae de ipsa potestate
politica, eiusq[ue] officio, cum in caussa religionis, tum in rebus civilibus
agitantur, quo a Bellarmino, in libro de laicis sive secularibus, sunt pertractatae**

Rostochii: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737569557>

Druck Freier  Zugang



R. U. theol. 1620.
Paul Tarnow, Pres.
Vert. → Matthias Lizonius, Prop

100-655064
Synopsis controversiarum

D E

MAGISTRATU
POLITICO: IN QU A
ORDINE EODEM OMNES
quæstiones proponuntur, explican-
tur, & examinantur, quæ de ipsa potestate
politica, ejusq; officio, cùm in causa religionis, tum
in rebus civilibus agitantur, quo à Bellarmino,
in libro de laicis sive secularibus, sunt
pertractatae.

De cuius thesibus,

AUXILIANTE DEO TRINUNO,
SUB PRÆSIDIO

PAULI TARNOVII,
D. & S. S. Theologiae Professoris,

Respondebit publicè

MATTHIAS LIZOVIVS
Ruppinensis Marchicus.

In auditorio majori, a. d. 13. May.

ROSTOCHII

Excudebat JOACHIMUS PEDANVS, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XX.

R. U. theol.
1620



1932, VIII 72

Leganter. Verissimè dictum est ab Ambroſio (orat. in Auxentium, quæ exſtat T. 3. libro epistolarii quinto, poſt epistolam 32.) Quid honorificentius, quam ut Imperator ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, ſine peccato dicitur, cum gratia dicitur? Imperator enim bonus intra ecclesiām, non ſupra ecclesiām eſt. Intra ecclesiām verò qui ſunt, eorum officium duplex eſt: unum commune, quod habent, quatenus ſunt Christiani, & membra ecclesiæ: alterum verò proprium, quod gerunt vel in ipſa ecclesiā, vel in politia, vel in economiis: unde tres hierarchia & status præcipui recenſeri ſolent. De earum prima, in qua ministri ecclesiā versantur, cùm haētenus aliquot diſputationibus egerimus, ordo & series materialium exigere videtur, ut de ſecunda, quæ eſt magistratus politici, quædam ad collationem ſententiarum placidam publicè proponamus. Id quod faciemus in ſtituto brevi eorū examine, quæ prolixè de hoc argumēto pridem in publicū emiſſit Bellarmi- nus: ex quo etiam conſimilium, quæ omiſit, diſputationem non, diſſicilem fore confidimus. Ilorum igitur ſuō adornatur eria conſtituemus capita generalia: I. De potestate politica, ſive de magistratu ipſo. II. De ejus officio in rebus politi- cis. III. De ejusdem officio in cauſa religionis.

I. DE POTESTATE POLITICA.

THESES I.

Dua ſunt in hoc capite queſtiones à Bellarmino propoſi- tæ: I. Q̄ huic verbis (lib. de laicis ſive ſecularibus, cap. 1.) exponi- tur: Aſ politica potestas ſit bona, & proinde Christianis

A 2

nis

nis licita? seu, ut ex contradicentium verbis, que cap. 2. referuntur, colligere licet, An liceat Christianis gerere magistratum? Resp. affirmit Jesuita, & nos cum eo: negant Anabaptistæ, sive Rebaptizantes & Trinitarij, sive mavis Antitrinitarij, qui & Catabaptistæ: illi simpliciter, ut volunt: verba Osterodij in institutione, cap. 30. §. 5. pag. 228: hi secundum quid, si ejusdem dicti fides adhibenda, que exstant ibide in cap. 28. §. 2. & 42. 183.

2. Quod vero Bell. c. 2. pag. 444. v. penultimo, postquam in hac controversia non solum Catholicos, quos ita appellat, sed etiam Philippum Melanchthonem, Iohannem Calvini, & Dr. Lutherum consentire, contrariamq; hæresin acerrimè & fuisse oppugnare affirmasset, statim de eodem Lubero subiicit, ab ipsis verbis, (que tamen loco allegato non recenset, verum lib. 4. de Romano Pontifice c. 15. pag. 555. mutilate commemorat) in Babylonica captivit. cap. de baptismō, occasionem sui erroris sumpsiisse Anabaptistas; in eo prodit antiquam suam calumniandi recte dictā libidinem, & simul, quā potest arte & astutia hoc agit, ut in odium magistratus politici adducat doctrinam ejusdem ministerio ex verbo Dei repurgatam, & prædicatam, quasi genitricem execrandi illius Anabaptistarum furoris. Verba Lutheri hæc sunt: Obscurto, quo jure (ut non dicam, quam impiè & damnableiter hæc mysteria omittat docere) Papa super nos constituit leges? quis dedit ei potestatem captivandæ hujus nostræ libertatis, per baptismum nobis donatae? Unum, ut dixi, nobis in tota vita agendum est propositum, ut baptisemur, id est, mortificemur, & vivamus per fidem Christi, quam & unicè doctrinam oportuit; maximè à summo pastore. At nunc, tacita fide, infinitis legibus operum & ceremoniarum extincta est ecclesia, ablata virtus & scientia baptisati, impedita fides Christi. Dico itaq;: Neq; Papa, neq; episcopus, neq; ullus hominum habet jus unius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi fiat ejusdem consenso, quicquid aliter sit, tyrannico spiritu fit. Hæc Lutherus: cuius mens quā sana fuerit, quam aliena ab errore Anabaptistarum, ipsa subjecta materia indicat, & confirmatur id ipsum luculentissimè ex assertione articuli XXVII, que in eodem T. 2. l. 1. fol. 306. b. castat, hisce verbis: Certum est, in manu ecclesiæ aut Papæ prouersus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morum seu bonorum operum. vide ibidem pluram seq.

3. Ar-

3: Argumenta pro nostra sententia afferuntur quinq; : Primum ex scripturae testimonij: quæ subdividemus ex materia subjecta in quinq; classes: quarum (1.) ex titulu honorificis magistratus politiū: Exodi 22. v. 28. judices populi à Deo ipso vocantur Dij: sicut etiam Psal. 82. v. 1. Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat. Explicat hoc ipsam Moses, Deut. 1. v. 17. ubi judices monet, ut justè judicent, quia Dei judicium est. & Josaphat 2. Paralipom. 19. v. 6. ubi dicit, judices non hominum, sed Dei judicia exercere: deniq; Christus, Iohann. 10. v. 34. 35. Si (inquietus) illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est; & scriptura non potest solui; quem pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, Tu blasphemas, quod dixi; Ego sum Deus.

4: (2.) ex legibus, quas regi futuro præscribit Iehova, Deuteronom. 17. v. 14. & seqq. in quibus requiriuntur, ut sit Iudeus: non multiplices equos, aurum, argenteum, uxores: sequatur legem, sit modestus.

5: (3.) Ex consequentibus malis, quæ oriuntur deficiente magistratu: Iudicum ult. v. 25. & sapè alias: (vide c. 17. v. 6. c. 18. v. 1.) ubi dicuntur, In diebus illis non erat Rex in Israël, sed unusquisq; quod bonum sibi videbatur, hoc faciebat.

6: (4.) A facto Dei excitantis judices & reges populo suo: Iudicum c. 3. c. 9. c. 15. & alibi: item 1. Samuel 9. v. 16. c. 16. v. 12. Proverb. 8. v. 15. 16. Per me reges regnare.

7: (5.) Ab honore, censu; subjectione & oratione pro magistratu: Matth. 22. v. 21. Rom. 13. v. 1. & 4. & 7: 1. Timoth. 2. v. 2: Tit. 3. v. 1. Pet. 2. v. 17.

8: Contra hæc Scripturæ dicta, quas afferri ait Bellarminus, objectiones duæ sunt in universum: Prior, contra testimonia V. T: illi male opponi; cum diversa sit nostra Christianorum à Iudeis ratio: hic suisse permisso magistratus propter imperfectionem; nobis negatos propter perfectionem. Rsp: Iesuita; negando nobis esse denegatos: probatq; suam infirmationem partim à vaticinijs prophetarum, qui prædixerunt omnes reges terræ servituros Christo, & Ecclesiæ: (Psal. 2. v. 10. 11. 12. Psal. 72. v. 11. Esaiæ 49. v. 23. c. 60. v. 3.) unde sequitur, reges fore in Ecclesia N. T: aliqui prædictio esse falsa: partim ab eventu & complemento in Constantino, Theodosio, Constantino Magno & alijs, qui adoraverunt sepulchra apostolorum & martyrum, & ecclesias ditarerunt atq; protexerunt.

9: In hac responseione Iesuitæ quid problemus, improbemusve, ut constare

posse evidentius, duo adiicimus: unum de complemento in p̄s reg'bus, quas
ser v̄sse Christo concedimus: sed species operum & factorum, quibus servie-
runt, dislinguisimus; peregrinationes enim ad loca sacerdotiorum non à vero cultus
Dei & Christi, sed à superstitione & errore ortas statuimus: reliqua ad su-
stentationem Ecclesie ejusq; defensionem directa bono & pio zelo agnoscim-
us, licet in illis omnia sine legitimo peracta non putemus. Alterum est de
perfectione N. T. majore, quam fuerit V. T.: eam secundum quid, non simpli-
citer agnoscimus. nam & ratione Christi, qui exspectabatur in V. T. & in N. T.,
venit, discrimen concedimus, quale est inter corpus & umbram, Col. 2. v. 17.
Heb. 10. v. 1: & ratione populi atq; legum ceremonialium, quibus onerabantur,
quale est inter majorenem & minorenem, Gal. 4. v. 3. 4. Aliud verò
est, quod hoc loco occultat, alibi verò in apicum protulit Bellarminus, qui
perfectionem in suis religiosis sive monachis somniat, eoque consilia perfectionis
que vocat, directa esse vult.

10. Posterior objectio, contra testimonia N. T. quæ itidem aliena à pro-
posito esse dicunt: siquidem in eis tantum dicatur, oportere nos parere regi
Ethnico, non autem licere Christianis regna possidere & magistratus gerere.
Resp. Bellarminus tria: 1. causam reddit, cur in N. T. de magistratu politico
non multum tractetur: quia Christo & apostolis propositum fuit tractare de
regno spirituali, non de politico. 2. posse ex dictis in N. T. per indirectum &
bonam consequentiam haberi, de quo directè agit questio. Si enim Christiano
licet subesse regi Ethnico, multò magis regi à Christiano: & si licet Christiano
subesse, multò magis præesse: quia illud magis videtur esse contra libertatem
Christianam, quam hoc. 3. argumentatur à majori: ut vocant. Si Christianæ
libertati repugnaret subjectio vel præfectura civilis, magis repugnaret
ecclesiastica: quia Christiana libertas magis pertinet ad Christianum, ut est
civis ecclesie, quam ut est civis mundi. At non repugnat Christianæ libertati
præfectura vel subjectio ecclesiastica: quod probat ex Matth. 24. v. 45, Rom.
12. v. 8. Hebri. 13. v. 17. E. neq; repugnat præfectura vel subjectio politica.

11. Nos in dictis quod desideremus, non habemus, nisi quod in extremo
dicitur de præfectura ecclesiastica in genere, id si in specie ad Pontificem Rom.
trahatur, quod facit Bellarminus, reiçimus: qui formam aut speciem illam
regiminis ecclesiastici contra scripturam esse statuimus.

12. Secundum argumentum, ab exemplis: Si principatu esset res ma-
la, nunquam viri sancti eum gesissent. At gesserunt. E. non est res mala.
Assumptionem probat inductione exemplorum, ex V. T. nempe, Melchisedeci,

Iosephi,

Josephi, Mosis, Iosue, Iudicum fere omnium, Davidus, Salomonus, Ezechie,
Iosephat, Iosiae, Danielis, Mardochaei, Nebemias, Machabaeorum, & aliorum;
ex N.T. Regum p̄ij, nec tamen renunciare iusti principatus suo, Ioh. 4. v. 48.
proconsulis Sergii, conversi à Paulo, non autem deponentis idcirco magistra-
tum, Act. 13. v. 12. Philippi Imperatoris & S. Fabiano Papa & martyre, & à tota
Ecclesia admissi, Euseb. l. 6. c. 25: item, Constantini, Ioviniani, Gratianis;
Theodosij junioris & senioris, Caroli M. Ludovici P̄j, Orthoni & S. Henrici
Imperatoris, & S. Ludovici regis Francorum, aliorumq.

13. Tertium, à fine: Si natura humana socialem vitam requirit, certe
requirit etiam regimen & rectorem: & proinde illud licitum est Christiano.
At prius, E. & posterius. Propositionis connexionem probat dupl. iher: (1.) quia
impossibile est multitudinem diu consistere, nisi sit, qui eam contineat, & cu-
sis cura bonum commune: quod declarat ex exemplo animæ omnia continentia in
corpo humano, & probat ex Proverb. II. v. 14. Vbi noui est gubernator. (Heb.
(כִּי אֵין תְּחַכְּלֹת) populus corruerit. (2.) quia in omnimultitudine ordina-
ta opus est rectoribus. Societas civili est multitudo ordinata: E. in ea rectori-
bus est opus. Assumptionem similiter probat: sed, quia pleraq; sunt philosophica,
& ad nostrum institutum propriè non pertinentia, eā omittimus.

14. Quartum ab efficiente: Quicquid est à Deo; illud est bonum & lic-
itum. Politica potestis est à Dō. E. bona & licita. Assumptionem probat te-
stimonijs scripturæ, Proverb. 8. v. 15. Daniel. 2. v. 37. cap. 4. v. 22. Eandem
explicat quinq; propositionibus: quas, qui voler, apud ipsum Jesuitam leget:
nos eadem de causa, quam paulo ante indicavimus, eas prætereundas nobis
existimavimus: tantum de duplice differentia inter politican & ecclesiasticam
potestatem, quam in ultima propositione constituit, monemus, primam falsum
asserere, nempe, ecclesiasticam potestatem esse in uno homine, (quem intelli-
git Jesuita Pontificem Rom. ut constat ex lib. 2. de Pontifice Romano cap. 12.
& seqq.) secundam laborare ambiguo. quod enim ad doctrinam fidei &
mortui, ecclesiastica potestas est à Deo immediate: quod ad oेremonias, que
ordini & decoro inserviant, mediata.

15. Quintum, ab origine: Omnia que in statu innocentia futura fu-
issent, licita sunt Christianis. At politicus principatus in statu innocentia furu-
rus fuisset. E. etiam licitus Christiano. Assumption probatur quadruplicibus ar-
gumentis: que tamen maximam partem sunt ex ratione: ideoq; à nobis omit-
tur. (Si cui gratum est in hoc argomento penitus cognoscendo immorari,
præter Bellarminum legere potest Peterium T. 1. in Genesim, pag. 123.

Zan-

Zanchium de operibus sex dierum, pag. 648. Danæum lib. 1. politices Christianæ, cap. 4: qui cum Bellarmine consentiunt: Dn. Luth. T. 1. in Genesim fol. 59. a. dissentit.) In transcurſu notamus locum ex Apocal. 12. v. 7. à lesuita nostro, male esse allegatum in quarta probatione.

16. Argumenta adversariorum, ex ijsdem locis sophisticè depromuntur.
I. enī testimonijs scripturæ quibusdam abutuntur, qualia sunt, Matth. 17. v. 25. 26. Lucæ 22. v. 25. 26. Rom. 13. v. 8: 1. Corinth. 7. v. 23. cap. 8. v. 6. Ep. 4. v. 5. II. Exempla allegant principia plerorumq; abutentium suā potentia. III. sine mō, propter quem Iudaëis permiserit magistratum, fuisse ipsorum imperfectionem: Christianis vero convenire perfectionem. IV. Caūſam efficiētēm fuisse hominum tyraunidem & violentiam. V. Originem deniq; hominis & redēptionem ejusdem cum ea pugnare, quod homo sit liber creatus, & per peccatum subiectio sit introducta: ab illo itaq; cum simus liberati, etiam ab hac esse debemus. Ad quæ argumenta quid Bellarmius rēpondeat, apud ipsum legi commodiū poterit, quam hoc ejus sententia transcribi. Vbi autem ab eo dissentiamus, id partim ex problematibus ad finem disputationis hujus adjectis, partim ex ipso op̄ytrō ei publica innotescet.

17. II. Quid in hoc capite est: An politica potestas per peccatum amittatur? seu, (ut capitulo 1. obscuritatem illustrare visum est lesuita cap. 8.) An principatus in impijs esse possit? Resp. affirms Bell. & nos cum eo: negavit Armacanus, qui lib. 10. questionum Armenicaram, cap. 4. docet, (referente lesuita) titulum præcipuum dominiorum esse gratiam Dei sive iustitiam & caritatem: alios autem titulos omnes in hoc fundari, & qui iustitia & gratia Dei carent, nullum habere verum dominium. Eundem errorem eodem tempore docuisse Johannem Wiclefum, & Johannem Husum, ait Bellarmius; quibus tamen injuriam fieri volunt alij, qui dicunt, eos docuisse, nullum esse principem, nullum prælatum, dum est in peccato mortali, ut ipsi locuti sunt, b. e. eum principem esse nullum, sive, nulla auctoritate impetrare, qui principem agit in peccato imperando, sive, qui pro auctoritate ad peccandum cogit.

18. Argumenta huic errori opponit Bellarmius quatuor: Primum, ex scripturæ testimonijs: Esa 45. v. 1 Hierem. 27. v. 6. Daniel. 2. v. 37. Roman. 13. v. 1. & 1. Pet. 2. v. 13. Syllogismus hinc fieri potest talis: Quibus Deus dat dominium, & quibus obedire præcipit, in ijs illud esse potest. Sed impijs illud dat, ijsq; obedire præcipit: ne allegata loca docente. E' in ijs esse potest.

19. Se-

19. Secundum, ex decreto concilij Constantiensis, sess. 8. & 15. ubi hunc errorem Ecclesia damnavit.

20. Tertium ex Augustino, qui lib. 5. de civit. Dei cap. 21. scribit: Deus dat felicitatem in regno calorum soli p̄p̄s, regnum verò terrenum & imp̄s, sicut ei placet, cui nihil in iustitia placet. Et infra ibidem, Qui dedit Mario, ipse & Cesari, qui Augusto, ipse & Neroni, qui Vespasiano vel patri vel filio, suavissimis Imperatoribus; ipse & Domitiano crudelissimo, & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostata Iuliano.

21. Quartum ex ratione duplex: (1.) In quibus fundamentum dominij manet, q̄ vera dominia habere possunt. At in infidelibus fundamentum dominij manet. E. infideles vera dominia habere possunt. Minor probatur ex eo, quod dominij fundamentum est natura, non gratia: homo enim quia factus est ad imaginem Dei, ac proinde mente ac ratione praeditus est, ideo dominatur rebus inferioribus, ut ex Genes. 1. v. 28. deduci potest. (2.) Si gratia & justitia esset titulus (sive fundamentum) dominiorum; sequeretur, nullum dominium esse certum. At non hoc: inde enim nascetur incredibilis confusio & perturbatio inter homines. E. nec illud. Propositionis connexio patet ex eo, quod gratia & justitia sit occultissima, & nemo sciat vel de se vel de alio, an sit vere justus.

22. Nos in argumentis tribus prioribus nihil desideramus: duorum ultiorum ex ratione petitorum prius laborare ignoratione elenchi statuimus. concludit enim de despoticō, cum quaestio sit de politico dominio. Præterea idem sumit tanquam concessum, quod est controversum, imaginem Dei referri ad naturam intelligentia & voluntatis, similitudinem vero ad sapientiam & iustitiam, ut alibi lesuita noster uberior se explicat: vide lib. de gratia primi hominū, cap. 2. in explicatione primæ propositionis. Posteriori petit principium in propositione, ut patet ex ejusdem prosyllogismo: quod enim dicit, neminem scire de se vel de alio, an sit vere justus; id cum scriptura pugnare statuimus, ut alibi fuisse docuimus.

23. Argumenta in contrarium afferuntur tria: I. ex Osee 8. v. 4. Ip̄s regnaverunt, at non ex me: principes existierunt, & non cognovit. II. ex S̄tacidis c. 10. v. 8. Regnum à gente in gentem transferitur propter injusticias. III. ex ratione: In ihsus esse tantum potest dominium, quibus confert Deus, quia non est dominium nisi à Deo. At Deus nullo modo confert dominium improbum: tunc quia ejus hostes sunt, tum etiam, quia videretur approbare abusum. abutuntur enim omnes imp̄s sua potestate. E. in imp̄s non potest esse dominium.

B

ad que

At quæ quid respondendum sit, videtur potest apud lesuitam, cap. 8. Et nos, quia
brevitatis causa, ejus solutiones omittere necesse habuimus, de ijsdem, & de
alijs agere sum voluntibus oꝝ deꝝ parati erimus.

II. DE OFFICIO MAGISTRATUS in rebus politicis.

DE hoc capite tres proponit Bellarminus questiones:

1. Quid licet Christiano magistratui leges condere, iudicia exercere, & punire improbos? Resp. affirmat Bellarminus, & nos cum ipso: negant Waldenses (a Petro VValdo cive Lugdunensi ita dicti, quem Naucleus fol. 771. in generatione XXXIX. οὐ γέγονε Gratianus, Lombardo, Petro Comeslori, Avicennæ, & Averrois facit.) & Anabaptistæ.

2. Quæstio hæc quia est quadruplex: (de tribus enim in ea queruntur explicite, & de quarto, quod secundum est in ordine primog, inclusum, implicite) ideolesuita noster eam evolvit & explicat quatuor propositionibus: quarum 1. est: Licet principi Christiano leges condere: 2. Lex civilis non minus obligat in conscientia, quam lex divina, eti minus firma & stabilis sit illa, quam hæc. 3. Judicia publica exercere non est illicitum Christianis. 4. Licet Christiano magistratui gladio punire perturbatores publicæ quietis. Singulæ propositiones quomodo confirmet, & quid ad argumenta in contrarium adducta respondeat, apud ipsum legi malum: quid in ejus probationibus & adversariorum solutionibus desideremus, de eo, quantum licet, in appendice & corollarijs agemus.

3. Ex ipsis autem propositionibus sola secunda inter nos controversa est. Bellarminus enim cum alijs Pontificijs affirmat, leges civiles non minus obligare in conscientia, quam divinas: nos vero idipsum negamus, qui imparitatem obligationis defendimus.

4. Sententiam nostram antequam confirmemus, necessarium videtur, ut quedam ad ejus explicationem percurrentia præmittamus. Subjectum est Lex civilis sive politica: quo nomine tantummodo intelligimus, leges & statuta justa, b. e. in quibus nulla quatuor conditionum sive requisitorum desideretur: sed que sunt, quod dicuntur, 1. respecta efficienti, nempe ab eo, qui habet auctoritatem, ut hic est magistratus legitimus, quamvis restrictam & limitatam verbo, non absolutam & liberam. 2. ratione materiæ, ut praepi-
ciatur in eis virtus, prohibeatur vitium, non contra. 3. ratione formæ, ne
modus

modo & ordine debito servantur. 4. ratione finis, ut ad bonum communem, quod est publica salus, ordinetur. Prædicatum est obligare conscientiam, quo nihil aliud intelligimus, quam ejusmodi legem prescribere, que ad obediendum obstringit, sub metu offensionis Dei & sub culpa morali & mortali: idq; vel generationis, cum lex non per se obligat, sed mediante generali præcepto, quod hic est quartum decalogi, in quo honor & obedientia omni superiori præcipiunt: vel speciatim, cum ratione sui & immediate respectu ipsarum legum positivarum obstringit. idq; vel per se, cum ratione cultus divini ex verbo divino à magistratu propositi, tum ratione discipline ad cultum aut ad bonum aliud ordinare, vel per accidens, quando ordinatur decori servandi, aut scandali vitandi causa aliquid præcipitur. Calvinus contra quem Bell. præcipue disputationat, (ut patet ex cap. 9. pag. 462.) lib. 4. Inst. c. 10. §. 4. ita definit: Obstringere conscientiam lex dicitur, quæ simpliciter hominem ligat, sine hominum intuitu vel non habita eorum ratione. Expositionem ejusdem per exempla luculenta ibidem vide.

5. Argumenta quæ pro nostra sententia ex Calvino & Galii asserta, Bellarminus suat octo: Primum: Potestas politica est temporalis. E. nihil ei cum conscientia, (primerio nimirum & per se.)

6. Secundum: Finis legum civilium est pax externa. E. ipse (primarij) non obligant conscientiam, (cujus est pax interna.)

7. Tertium: Princeps non judicas de internis. Conscientia est interiora. E. princeps eam non judicat: & proinde nec obligat, (puta, per se & primarij.)

8. Bellarmenus (cap. ii.) negat consequentiam horum trium argumentorum esse bonam, utpote quæ plus inferat, quam præmissæ concedant, ex quibus tantum sequatur, potestatem politicam, ejusq; legem non posse obligare, nisi ad actus temporales & exteriores: nequaquam vero eam posse obligare in conscientia.

5. Contrarium autem probat tripliiter: 1. à genere: Omnis regula morum obligat in conscientia: quisquid deviatio ab ea est peccatum, quod pertinet ad conscientiam. At lex politica est regula morum, licet dirigat actus exteriores. E. obligat in conscientia. 2. Omnes leges spirituales obligant conscientiam. Potestas civilis & leges politicae sunt res spirituales, in se considerate, quamvis ratione objecti sint & dicantur temporales. E. obligant conscientiam. 3. Quicunq; potest sic imperare alteri, ut, si non obediat, peccet, & testimonio propriæ conscientie intelligat aut possit intelligere, se peccare:

ipotes ligare conscientiam: ligare enim conscientiam est sic imperare alteri;
ut, si non obediatur, peccet; & testimonio propria conscientie intelligat vel
intelligere possit se peccare. At potestas politica & leges civiles possunt prius.
E. & posterius.

10. Nos quid de his sentiamus, ut distinctè aperiamus; de singulis seorsim a-
genuis. Primo igitur reprobationem consequentia nostra merito factam ne-
gamus, in conclusione maliatione quadam & omissione determinationis
corruptas dicimus, idq; ex statu sive propositionis secundæ formatione patet,
que non fuit simpliciter, sed comparatè instituta.

11. Deinde in genere ad probationem contrarij dicimus; eam esse à dīvīo &
dīvīo & extra propositum. Non enim controvērtitur, an leges civiles justæ
obligent in conscientia; sed, an primarij, per se, & quæ cum dīvinis.

12. Deniq; in specie, primæ probationis propositionem falsam esse statui-
mus, si accipiatur ex sensu, quem controvēstia statua requirit, nimirum, quod
humana morum regula primarij & per se, inquit & quæ ac dīvīa obliget con-
scientiam. Prosylogismus ejusdem laborat ambiguitate & falsitate, nam & pec-
catum est, quod committit servus, discipulus, cives non obtemperans cuicunq;
statuto sui domini, magistri, aut magistratus, nec tamen semper ad con-
scientiam pertinet.

13. Secundæ probationis assumptio falsa est. Temporalia non sunt in se spi-
ritualia. Leges humanae sunt temporales. E. non sunt in se spirituales.

14. Tertia propositio ambiguitate laborat: ligare enim conscientiam du-
pliciter dicitur, nimirum vel propriè & strictè, & in hac significatione est ob-
stringere ad obedientiam sub metu offensionis Dei, seu sub culpa morali & mor-
tali: vel in proprio & late, & tunc est idem quod obstringere sub metu offen-
sionis hominum, sub culpa tantum civili, quæ pudorem aut infamiam apud
homines, aut etiam multam aliquam importat.

15. Quartum: Is potest conscientiam ligare qui potest pñnam spiritua-
lem inferre. Princeps hoc non potest. E. nec illud.

16. Quintum: Idem potest ligare conscientiam; qui potest absolvire.
At princeps hoc non potest. E. nec illud.

17. Bellarminus contra utriusq; argumenti assumptionem excipit distin-
guendo: Princeps non potest pñnam spiritualem inferre aut dimittere & con-
scientiam absolvire, quemadmodum neg; leges civiles, prout ille est homo, &
ha. ab homine, sed prout est minister Dei, & habet auctoritatem ab eo. Resp.
per

per iuersionem. si tantum ut habens auctoritatem à Deo, ergo non pér se, novi primarij, non & què cum legibus divinis.

18. Sextum: Si publica potestas conscientiam ligare potest, unum & idem peccatum bis punicitur, semel in hoc, semel in altero seculo. At hoc est absurdum. E. & illud.

19. Bellarminus negat assumptionem, probatq; contrarium exemplo facinororum sive homicidarum, quibus sèpè uno in loco manus, alterò in loco caput absinditur, & ita duplex supplicium infligitur. Resp. pér insiciationem ad probationem: est enī tantum supplicij genus tantummodo, quod exasperatur & aggravatur ista ratione, id quod patet ex objecto; in quod fertur, quod tantummodo unum est, vita nimirum temporalis, & confirmatur vulgariter proverbio, quo dicitur, Neminem posse duplē in mortem oppetere. Sed quicquid de hoc sit, propositio hujus argumenti videtur de pena & morte futuri seculi gemina tantum accipi, quæ esse non potest, nisi quis velit duplē vitam aeternam etiam constituere: quod autem de illa tantum intelligenda sit, elucet inde, quod poenæ conscientiae non alio pertineant.

20. Septimum: Si politica potestas ejusq; leges obligarent in conscientia, princeps politicus semper intenderet obligare ad culpam. At princeps politicus ut plurimum id non intendit. E. neq; obligat in conscientia.

21. Bellarminus distinguit in propositione inter intentionem legislatoris ante legem ferendam, & inter vim post latam legem: illam dicit esse in potestate magistratus politici; ut aut veram legem condat & significet aliquid cum imperio, aut tantum ostendat, quid agendum sit, sine imperio: hanc vero non esse in ejus potestate, quæ possit impedire, quin lex obliget ad peccatum mortale aut veniale pro rei magnitudine. Resp. est ignoratio elenchi probandum erat, leges civiles & quæ obligare in conscientia ac divinas: non simpliciter, quod obligent. De peccato mortali & veniali Papistarum alibi actum est à nobis: non difficiliter interim, hoc & præcedens argumentum, quod in nostrorum aut Calvinianorum scriptis non occurrit, infirmius videri.

22. Octavum: Si legem in gravissimam civilem potius prævaricari debet, quam levissimam divinam (v.g. illam de non mentiendo officioso) civiles non obligant in conscientia. At prius. E. & posterius. Propositionis conexio probatur ita: Levissima divina lex non obligat, nisi ad veniale culpam. E. gravissima civile ad nihil obligat. Conclusionem illustrat & confimat deductione contraria ad absurdum: Si obligaret lex divina ad peccatum, præcipue mortale, oporteret potius cavere mortale, quam veniale.

23. Bellarminus ex his propositionibus connexionem peccare fallacia causam.
Quod enim legi divinae cedit humana, quando simul servari nequeant, ejus rei
causa non esse, quod humana non obliget ad peccatum: sed quod lex huma-
na minus firmiter statuta est. in tali enim casu definit esse lex, & proinde
etiam obligare. Resp. partim insciando, partim invertendo. non enim insci-
mitas adjuncta sive consequens tantum est causa, quod humana lex divine ca-
dit, sed pender ea ab omnibus causis, efficiente, nempe auctore & auctorita-
te diversa, materia, forma, finibus posterioribus. illae vero leges, que eis ratio-
nibus prevalent, jure etiam magis obligant in conscientia, quam quae ipsam
cedant etiam nominibus.

24. Hactenus argumenta eorum, qui nobiscum in hac qua-
stione faciunt: adversariorum apud Bellarmimum sunt septem:
Primum: Vis obligativa est de essentia legis, & obligare est effectus legis ne-
cessarius. E. omnis lex, & proinde etiam civilis, eodem modo obligat. Con-
sequentia probatur à simili: Quia hominius essentia est rationale esse, & propria
passio esse visibilis, omnis homo est rationalis & visibilis, sive sit creatus à solo
Deo, ut Adam, sive à Deo ex alio homine, ut Eva, sive ab hominibus genitus,
ut Cain; ita obligativa vis est cuiuscunqz legis, sive à Deo, sive ab angelo,
sive ab homine servatur. Antecedens probat bac modo: Regulae proprium est
intrinsecè, ita dirigere, ut recessus ab ipsa sit peccatum, v. g. morum, in lege
moralis naturæ, in lege naturali, ut sunt monstra: artis, in legibus artificium.
At lex est regula morum. E. ita dirigit, ut recessus ab ea sit peccatum morum,
sive obliget ad culpam. Resp. Argumenti consequentia negatur, que procedit
ab actione & obligatione ad modum illius: quod est inconsequens. ex eo enim
quod lex divina & humana obligant, non sequitur, parem vim & modum ob-
ligandi esse in utraqz. Probatio autem consequentie laborat ignoratione elenchi;
dum in questione de accidenti, nimirum de actione, eaqz voluntaria, que ce-
pit magis & minus, assert exemplum substantie de essentia hominis secundum
naturalem modum, cuius non est par ratio.

25. Secundum: Silex obligaret solùm, quia divina est, omnes leges
divinae æqualiter obligarent. nam eadem est ratio obligationis in omnibus. At
non hoc: nam magis obligat lex quinta, Non occides, quam septima, Non fu-
raberis, & magis lex septima quam octava, Non mentieris, & magis octava
quam illa de omni otioso verbo cavendo. E. nec illud. Resp. Propositionis con-
sequentia negatur, que falso presupposito nimirum, quasi statuamus, legem obli-
gare solum ratione causæ efficientiæ, sive quia divina est, cum eam vim habeat
simus

simil respectu ceterarum causarum. Prophylogis mus ejusdem laborat eodem
vicio, quasi omnis ratio obligationis solam pendas à persona legislatorū summi,
cum etiam ab ejusdem voluntate sit, qua varium obligationis modum legibus
indidit, prout materiam, fermam, finem, ordinem, circumstantias rerum erat
dispositurus in ijs omnibus, quæ lege proponuntur.

26. Tertium: Illa lex divina magis obligat, cujus violatio magis est
contraria fini legis, b.e. caritati. Sed lex humana etiam habet pro fine carita-
tem, & ordinat media ad hunc finem. E. eadem est ratio legis divina & hu-
mana, quod ad obligationem. Propositionem declarat inductione exemplorum:
ideo occidere peius est quam furari, quia illud magis est contra caritatem: &
ideo mortale est mentiri perniciose, veniale meniri officiose, quia illud est contra
caritatem, hoc est prater eam. Assumptionem probat dupliciter: (1.) te-
stimonto, 1. Tim. 1. v. 5. Finis præcepti est caritas: quod de omni præcepto sive
lege intelligendum esse ait Bellarminus. (2.) ratione: Lex civilis justa semper
est vel conclusio vel determinatio legis divine moralis. E. habet eundem finem:
Consequens hujus enchymeratis illustrat explicatione differentia, quæ nibilo-
minus remanet inter utramq; legem. humana enim dirigit actus humanos in
ordine ad actus externos dilectionis, id est, ad pacem & conservationem Republicæ:
lex autem divina dirigit etiam in ordine ad actus internos caritatis. Respo-
Propositio amplianda est. illa enim lex divina magis obligat, quæ non tantum
fini legis magis est contraria, sed etiam omnibus eius causa, & toti essentie legis,
in ejusdem declaratione male sumitur distinctio peccati mortalis & venialis ex-
sensu Pontificiorum, contra scripturam, Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. Assum-
tio limitanda. lex quidem humana habet etiam pro fine caritatem, & ordinat
media ad eam, sed nec eadem perfectione, nec eadem gradu, quo lex divina.
Prophylogismus assumptionis prior fallit dicto secundem quid. Paulus enim ibi
loquitur non de omnibus præceptis divinis, sed de illo, quod dederat Timotheo
ab eo discessurus, cuius v. 3 meminerat: interim non negauis, summam legis
in charitate consistere, Matib. 22. v. 37: cuius complementum est Christus,
Rom. 10. v. 4. Posterior antecedens falso est, & consequentia infirma.
non enim lex civilis justa semper est conclusio vel determinatio legis divine
moralis: & quando aliqua determinativa prescribit media ad observationem
legis moralis & divine pertinentia, eundem quidem finem habet cum moralis,
sed suo ordine & gradu, quem hec ut dominia, illa ut ministra spectat.

27. Quartum: Lex humana æquè ac divina positiva ideo obligat ad
peccatum, quia constituit actum, quem precipit in genere virtutis necessarium,

cum.

cum antea esset indifferens. E. pares sunt, quo ad obligacionem. Antecedens partim illustrat exemplo Iudei, non ex contemptu, sed ex cibi appetitu moderatè comedentis carnem suillam in lege prohibitam: in quo quia peccat, non contra obedientiam, siquidem non ex contemptu id facit, sed contra temperantiam, eus autem moderatus, carnis suilla ex se non est contra temperantiam, sed est res quedam in differens; hinc consicit, legem esse, que illam abstinentiam facit actum temperantiae necessarium: partim confirmat in hunc modum: Lex divina non alia de causa facit esse actum virtutis sum, qui ex se erat indifferens, nisi quis est regula morum ab eo posita, qui habuit auctoritatem praependi. Sed homo etiam potest praeipere, & regulas morum constitui. E. potest homo lege sua constitueri actum aliqui indifferente in genere virtutis. Resp. Argumentum laborat cum ignorantie elenchi, cum fallacia consequenti. Questio est de toto genere legum divinarum & humanarum: at argumentum agit tantum de paritate obligationis in certa specie legum divinarum, nempe positivarum, quales sunt ceremoniales & forenses. Deinde insequens est, si ita argumenteret: Homo potest praeipere in rebus per se indifferenteribus, que sunt in potestate hominis, & quidem humano modo. E. lex divina & humana pares sunt, quod ad obligationem in universum, nam ex potestate & auctoritate impari, & rebus adeo disparibus non potest par oriri obligatio. Deinde antecedentis illustratio negatur esse vera. Iudeus enim ante abrogatam illam legem ceremonialem peccabat, & contra obedientiam & contra temperantiam. Deinde confirmatio ejusdem, praterquam quod incurrit in duo illa vitia, de quibus in generali response ad totum argumentum dictum est, non solum ambiguitate laborat, sed etiam falsa est. Virtutis enim vocabulum in rebus necessariis actum DEO gratum, ex notitiis naturalibus homini etiam quodammodo notum, denotat; at in ipsis, que per se indifferenta sunt, quemcumque actum externè speciosum & probabilem. Falsum autem & inconsequens esse ex auctoritate illa, quam homo habet in rebus indifferenteribus, paritatem obligationis legum humanarum & divinarum deducere, ostendit absurdum inde emergens. ita enim artificium statuta in sua officina, magistrorum precepta in schola, patrum familiis iussa in familia essent paria editiis imperatorum, regum, & principum: imò ipsis etiam legibus divinis & quidem moralibus: quod est falsissimum & absurdissimum.

23. Quintum: Lex divina & humana ita differunt, ut lex regis & proregis, sive Pontificis & ejus legati. At istae obligant eodem modo: & solum differunt firmitate. E. & illa, Propositio probatur, Prov. 3. v. 15: Sapientia &

v. 4.

v. 4. Rom. 13. v. 1. & 4: 1. Pet. 2. v. 13. Assumio tripliciter confirmatur:
(1.) ratione: Auctoritas proregis est à rege, & legati à Papa. E. leges utrinq; obligant eodem modo. (2.) experientia, quæ idem testatur. (3.) auctoritate & testimonio Augustini in titulum Psal. 70. & Bernhardi tract. de præcept. & dispensat. qui patrū, imò eujusvis hominū, auctoritatem præcipiendi habentis iussa & quæ ac Dei audienda esse tradunt, modò non sint Deo contraria. Resp. Propositio negatur. cùm enim inter Deum & regem nulla sit proportio, quæ aliqua est inter regem & proregem; non potest inde legum divinarum & humanaarum in obligando paritas inferri. Probatio ejusdem fallit cùm ignoratione elenchi, tum sumendo tanquam paria, quæ sunt disparia. non enim probat, quod est in quæstione, legem divinam & humanam ita differre, ut legem regis & proregis: & dum ponit, reges, quia sunt ministri Dei, eodem modo & eodem auctoritatis gradu obligare, quo corundem Dominus, paria statuit, quæ sunt imparia, imò principium petit. Assumio contradicit ijs, quæ cap. ii. initio statuit, ubi solis divinis legibus firmitatem vindicavit, quam hic in eodem cap. etiam humanis quibusdam tribuit. Prosylogismus ejusdem ultimus fallit ὥμωρυπίος in dicto Augustini, & divisione conjunctorum in sententia Bernhardi. ille enim docet, sic audiendum esse parem, h. e. similiter, non pariter, quomodo Deus: (hunc autem magis, quam ullum hominem, Act. 4. v. 19.) hic verò licet quodammodo parem statuat Dei & hominis præcipientis auctoritatem, secundum communem rationem, mox tamen subiicit, eis esse reverentiorem auctoritatem, cuius gravior formidetur offensio, & cuius mandati transgressio aestimetur damnabilior.

29. Sextum: Si leges civiles principum ad pœnam obligant, etiam obligant ad culpam in conscientia. At prius. E. & posterius. Propositionū connexio probatur dupliciter: (1.) ab absurdo contrarij: Si leges principum non obligant ad culpam, sed tantum ad pœnam, videretur implicari contradic̄tio. culpa enim & pœna relativa sunt: & B. August. lib. 1. retract. c. 9. dicit: Omnis pœna si justa est, pœna peccati est. (2.) è majori: August. epist. 105. & alibi assert, Deum fore injustum, si quenquam damnaret innoxium. E. multò minus principes damnare ad mortem possunt eos, qui leges suas prævaricantur, si illi nihil peccaverunt, neq; culpm in conscientia contraxerunt. Resp. Concedimus totum, quod laborat ignoratione elenchi: probat enim, leges humanas & civiles obligare in conscientia, quod non negamus: tantum dicimus, eas non & quæ obligare ac divinas.

30. Septimum, ex doctrina & testimonio Apostolorum Pauli & Petri:

C

illius

illis in epist ad Rom. 13. v. 1. & seqq. ubi præ ceterū urget; quod resistentes magistratui dicuntur sibi damnationem acquirere, quam ipse dicit aeternam, secundum expositionem patrum Graecorum & Latinorum: & quod non solus propter iram, sed etiam propterea conscientiam obediens magistratui politico juberetur: hujus vero ex i. epist. 2. v. 13. ubi mandatur, ut simus subjecti propter Deum. Syllogismus sit talis: Si magistratus civilis est a Deo, adeo ut, qui ei resistit, Dei ordinationi resistat, & sibi aeternam damnationem acquirat: si ei necessitate quadam subditi esse tenemur, propter Deum, cuius minister est, non solus propter iram, sed etiam propter conscientiam sequitur ipsius leges etiam in conscientia obligare. At prius. E. & posterius. Resp. Argumentum laborat eodem virtio ignorati elenchi, quo proxime antecedens. tantum enim probat, leges civiles obligare in conscientia, quod non negamus: cum probare debeat, eam habere aequalem obligandi vim cum divino.

31. Hæc de prima in hac capite questione dicta sumto: sequitur II. Quæst. An licita Christianis sint aliquando bella? Resp. affirmat Bellarminus, & nos cum eo: negarunt olim Manichei, teste Augustino lib. 22. contra Faustum c. 74. & seqq. hodie Anabaptistæ, & cum hi Erasmus, & alij, ut Jesuita noster affirmat: sed Erasmum excusare conatur Danaeus in responsione sua ad hanc controversiam, quasi bella Christianorum principum inter se tantum exsecretur: idq; probat ex his verbis ejusdem, quæ sub fine sue in belligerantes inventiva subjunxit Erasmus in annotationib. cap. 22. Luca pag. 158. Neq; verò, quum hæc dico, jus adimo principibus gerendi belli, modò Christianè geratur. Laudantur Ambrosio Cæsares, qui se protuenda Christiana tranquillitate adversus barbaros, ceu marum, opposuere, & tamen idem negat hoc esse puritatis Evangelicæ. Sed quid hæc ad nos, qui sacerdotes ipsi sine fine belligeramus, idq; pro imperio, pro præda, pro mundana gloria? De quo lectori judicium permitto, quem de mente Erasmi certiorem fore confido, si antecedentia omnia ad hanc locum à fol. 156. & in c. 3. Luca fol. 126. & seq perlegere & expendere non dignetur. Item, quæ in apologia aduersus rhapsodias calumniosarum querimoniarum Alberti Pij, quondam Corporum principis scriptis de jure belli, pag. 272. & seqq. in primis p. 274. ubi ait, Bellarunt Christiani principes, fateor, sed non ut Christiani: idem jus habebant, si essent ethnici.

32. Bella autem, quæ dicimus licita, sola intelligimus justa; & tum demum licita, quando sunt necessaria.

33. Justa.

33. *Justa autem quæ sint censenda, explicit Bellarm. c. 15. quatuor*
orum conditionibus recensitū: quarum 1. est auctoritas indicen-
tis bellum legitima: 2. causa justa: 3. intentio bona: 4. mo-
dus debitus. Auctoritatē legitimam belli offensivū indicendi vult
Bell. eos habere tantum, qui in temporalibus superiorē non habent: (intellige,
in ea politiā, quæ bellum indicit) Caussam justam censet iniuriam, eamq[ue]
magnam & certam, cum ipsi, qui bellum indicere vult, tum extraneū eidem mi-
litare volentibus, non autem subditū, aut stipendio certo obligati. Intentio-
nem bonam statuit esse pacem & commune bonum, non damnum alterius,
dilatationem imperij, exercitium fortitudinis. Modum debitum, si nulli in-
nocentium, aut privilegijs exceptorum, noveatur.

34. *Necessaria deniq[ue] sunt bella, quæ veldivinitus imperantur, vel hu-*
manitus, omnibus tentatis medīs, evitari nequeunt. (De his, quæ tantum-
modo attingere visum fuit, plura legi possunt apud Bellarmi-
nūm, & alios, de quibus in præsentia occurrabant D. Lutherus
T. 3. Jenensi germ. in scripto, cui titulus, Ob Kriegesleute auch im
seligen Stande sein / fol. 343. & seqq. T. 5. Jenetiisi, Warnunge an
seine liebe Deutschen/ fol. 290. b. cum duob. subsequentibus scri-
ptis. T. 6. Two Schriften D. M. L. an Herzog Johans Churfürsten
zu Sachsen etc. die Gegenwehr belangende: Die eine, fol. 31. a. die
andere/ fol. 325. T. 7. de eodem argumento, fol. 386. & seqq. usq;
ad fol. 395. D. Chemnicius, L.C. parte 2. pag. 319. & seqq. D. Chri-
stophorus Binderus: quibus, qui volet, conjungere potest, quæ
de hoc argumento exstant apud Johannem Calvinum lib. 4. In-
stit. c. 20. §. 10. 11. 12. Petrum Martyrem in L.C. classe IV. lo-
co XVI. & seq. Lambertum Daneum in Isagoge Christiana,
parte III. lib. IV. cap. XXXVIII. & seqq. item in Politica Chris-
tiana, lib. VII. cap. III. deniq[ue] in responsione ad Contr. V. Bell.
lib. 3. c. 15. Franciscum Junium in eandem controversiam: Wil-
helmum Zepperum in explanatione legum Mosaicarum foren-
sium, lib. IV. cap. XVI.)

35. *Argumenta nostra apud Bell. sunt quintuplicia: Primum*
ex scripturae testimonij, Iudicum 3. v. 1: 1. Sam. 15. v. 2. 3: Luca 3. v 14.

36. (1.) *Objiciunt Anabaptistæ, Johannem bellum permisisse Iudeos*
ut imperfecti, Christum autem longè aliter docuisse. Resp. negamus, quod de

C 2. Johann.

Iohanne assertur preparavit enim viam Domini: ergo non debuit illud pertinere, quod Christus mox ablatus erat.

37. (2.) Objicie Erasmus, Nac militibus dici, non ut ea servantes bene vivarent, sed ut minus male viverent: ut etiam videtur explicare Theophylactus. Resp. negamus, quod affirmatur de Iohanne, & contrarium probamus ex eo, quod publicani & milites compuncione oratione baptistae, quae extat v. 7. 8. 9 petierunt, qui esset fructus, quem facere deberent: (nimis regenerati) Vel ergo Iohannes decepit eos, vel possunt milites salvari, si servant, quod Iohannes eis pracepit, (intellige, non merendo salutem, sed fidei sibi appropriatam malum operibus non intervertendo.) Theophylactus, (quem partim excusat, partim accusat Bellarminus) turbas vocat innocentes, in comparatione cum publicanis, non simpli citer: illis quod vult Iesuita esse data consilia, ut facerent opera supererogationis, his pracepta, ut desisterent a malo; id commentum esse statuimus scripturae ignorantum: de quo quia ad hanc disputationem non pertinet, agere super sedemus.

38. Secundum ab exempli sanctorum, qui bella gesserunt: si bellum est malum, certe a sanctis non geretur. At gestum fuit. E. non est malum. Assumptionem probat inductione exemplorum V. & N. T.

39. Nos quidem hæc omnia vera esse concedimus, ipsum tamen argumenti genus infirmum censemus: cum non exemplis, sed legibus sit judicandum, nec omnia sanctorum facta approbari queant.

40. Illud vero, quod ex Act. 10. v. 3. de Cornelio Centurione resert, quem adiustum & timentem Dei fuisse ait, ut etiam angelum videre meruerit; censura opus habere putamus: siquidem justitia humana merito tribuitur, quod est gratia divina: nec causam istius visionis veram esse putamus, nisi diabolo sistent se inter filios Dei ejusque angelos bonos, & apparenti coram lebore, 1. Reg. 22. v. 19. 21. Iob. 2. v. 1. & asinæ Bileam uidenti angelum lebore, Nym. 22. v. 23. meritum aliquod justitia tribuendum esse demonstratum fuerit.

41. Terrium a factis Dei: Si bellum esset illicitum, Deus illud nullo modo unquam juvaret, quia mala permitti ab eo possunt, auxilium vero ad ea facienda nequaquam dari potest. Sed Deus sapientia bella adjuvat. E. non sunt illicita. Assumptionem probat inductione exemplorum V. T. Genes. 24. v. 20. Exodi 17. v. 11. Iosuæ 10. v. 10. & seqq. 2. Maccabœorum 10. v. 29. c. 15. v. 21: item N. T. Constantini ex Eusebio in ejus vita, & lib. 9 hist. cap. 9. Theodosij, ex Theodoreto lib. 5 cap. 24. Socrate lib. 7. cap. 18. Clodovei, ex Greg Turonico, lib. 2. hist. Frano. cap. 30. Honori ex August. lib. 5. de civitate Dei, cap. 23.

42. Quar-

42. Quartum ex ratione: Licet reipub. defendere suos cives, ab internis hostibus pacis, eos necando varijs generibus suppliciorum. E. etiam licebit bello atq; armis eosdem suos cives defendere ab hostibus externis; quando alia via non potest. Consequentia partim probatur, partim contra exceptionem de Evangelio defenditur hoc modo: Quia ut conservari possint res publicae, necessarium est, ut omnes hostes tam internos quam externos ardere possint: Et cum hoc sit ius naturae, nullo modo credibile est, per Evangelium esse sublatum.

43. Quintum, & testimonij Patrum: nimirum Tertulliani in apolog. c. 42. Nazianzeni orat. 3. de pace: Chrysostomi in Evang. de nuptijs, Ioh. 2. Ambrosij serm. 7. & lib. de officijs, cap. 40. & 41. item in orat. de obitu Theodosij: Augustini epist. 5. ad Marcellinum: epist. 205. alias 207. ad Bonifacium: lib. 22. contra Faustum, c. 74. & seqq. lib. 6. questionum in Iosue, q. 10. Gregorij lib. 1. epist. cap. 72. ad Gennadium: & c. 73. Gregorij Turonici, lib. 5. hist. c. 1. Bernhardi in serm. ad milites, cap. 3. quæ omnia & singula legi possunt in Bellarmino.

44. Argumenta adversariorum apud eundem Jesuitam sunt quadruplicia: Scripturæ dicta, Ecclesiæ decreta, Patrum auctoritates, & ratio. Scripturæ dicta opponuntur tria: Primum: Deut 32. v. 35. Mea est ultio, & ego retribuam: quod repetitur Rom. 12. v. 19. Non vos defendantes (Cœdicius) carissimi: scriptum est enim: Mibi vindictam & ego retribuam. Resp. per inversionem. Ea ipsa vindicta, quam exercent publicæ personæ, est & vocatur vindicta Dei. Sunt enim Dei ministri in hoc ipsi servientes: quod constat ex collatione Rom. 12. v. 19. & c. 13. v. 4.

45. Secundum: Esaiæ 2. v. 4. Constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falcis: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium: quæ à propheta de tempore Christiano prædicta sunt. Resp. est ignoratio elenchi: quod tripliciter ostendi potest. primo enim solummodo hoc loco prædictur altissima pax futura eo tempore quo nasceretur Christus; ut exponit B. Hieronymus, & impletum est scimus tempore Augusti Cæsaris: at de toto tempore N. T. est quæstio. Quod autem dicitur, Mirà, id non significat in æternum, sed in longum tempus. Deinde ostendi idem ex eo potest, quod propheta tantum dicit futurum, ut nulli sint hostes: non autem prohibet bellum, si sint hostes, qui nos infestent: de quo est quæstio. Deniq; propheta tantum dicit, quale sit Christi regnum futurum, nempe pacificum, quia non est de hoc mundo, nec temporalia curat: non quale regnum Iudaicum aut alia, quæ bello & cædibus firmando & conservanda sunt & fuerunt.

C 3

46. Tex-

46. Tertium: Matth. 5. v. 39. Si quoniam te percusserit in anam maxillam, proibe ei & alteram. ibid. v. 44. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui vos oderunt, cap. 26. v. 52. Qui acceperit gladium, gladio peribit. Rom. 12. v. 19. Nulli malum pro malo reddentes, & non vosmetipos vindicantes, carissimi. Resp. est eadem fallacia ignorati elenchi. hæc enim agunt de vindicta privata: bellum autem pertinet ad publicam justitiam: sicut autem dilectio inimici, ad quam omnes tenentur, non impedit judicem aut carnificem ab officio suo, ita etiam non impedit milites & imperatores à suo. Reliqua, ab eodem Bell. ex Nazianz. & August. de preceptis & consilijs adjecta, non facimus nostra.

47. Decreta ecclesia opponuntur tria: 1. ex Concilio Nicæni can. 12, ubi gravissima injungitur pænitentia ihs, qui militiam, cui renuntiaverant, repetiverunt. 2. ex epistola B. Leonis XC. ad Rusticum, quod decretum habetur etiam can. Contrarium, de pænitentia, dist. 5: ubi contrarium ecclesiastico regulo dicitur redire ad militiam secularem. 3. ex Gregorio, eadem dist. can. Falsas: ubi dicitur, eos, qui exercent negotium, quod sine peccato non potest exerceri, non esse capaces pænitentiae, nisi negotio ejusmodi renuntient. ubi exemplum ponitur de milite. Resp. In primo esse fallaciā dicti secundum quid tanquam simpliciter agit enim de ihs, qui ob confessionem fidei privati fuerant cingulo militari à Diocletiano & Licinio, & postea repecebant cingulum, parati negare fidem. Fr. Iunius hunc can. intelligit de ihs, qui, ad clerum si-
de ministerium ecclesiasticum vocari & electi, ab eodem resilierunt militie causâ, idq; excusatū iri sperabant auctoritate Imperatoria: quando spem ipsis præcisam vult hoc canone, quo eidem pena imponitur. quod tamen ex verbis Canonis, (qui apud Gelasium Cyzicenum, in commentario actorum Nicæni concilij, pag. 164. edit. Paris. in 8. 1599. exstat) non liquet. In secundo & tertio est fallacia accidentis. agitur enim ibi de ihs, qui occasione militie multa peccata commiserant, quiq; propterea pænitentiam egerant. isti enim male faciunt, si ad militiam redēunt, in qua experti sunt, se sine peccato vivere non posse, non ex virtute militie, sed ex proprio.

48. Patrum testimonia ex adversariorum persona producit Bellarmi-
nus in universum sex: quorum duo priora ipse, reliqua Erasmus suggerit. Pri-
mum ex Tertull. lib. de corona militis, cap. ii. ubi querit, Au Christiano mil-
itia conveniat? & respondet his verbis: Credimus ne humanum sacramen-
tum divino superinduci licere? & in alium Dominum respondere post Christum?
licebit in gladio conversari, Domino pronunciante, gladio peritatum, qui
gladio fuerit usus? & prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare conveniet?

Resp.

Resp. est fallacia accidentis. de bellis loquuntur, quae eo tempore gerebantur ad principibus gentilibus, periculo idolatrie obnoxia propter ducem & audiores eorum: cum questio sit de bellis in se consideratis. Interim non diffitemur ad miseri argumenta ab eodem, quae in universum contra omnem Christianorum militiam militare videantur, de quibus in ipso conflicto nostro.

49. Secundum ex Hieronymi epist. ad Agerviciam, (ut appellas Bellarm. in Erasmiano tamen codice est, Gerontie nomen, T. 1. fol. 41. locus vero, qui allegatur, fol. 53. B. reperitur) de Monogamia: Olim, inquit, bellatoribus dicebatur, Accinge gladium tuum super femur tuum potentissime: (Psal. 45. v. 4.) nunc Petro dicitur, Converte gladium tuum in vaginam (Matth. 26. v. 52. Ioh. 18. v. 11.) Resp. Bellarminus quid ad hoc argumentum respondeat, apud ipsum vide: nos Hieronymum utroq. testimonio abusum statuimus. neq; enim prius ex Psal. 45. v. 4. dictum est de civilibus bellatoribus, sed de Christo allegoricè, qui spirituali gladio accinctus fuit, de qua lesaie 11. v. 4. & alibi: posteriori vero ex Ioh. 18. v. 11. Petro vindictam privatam aggredienti, non autem alijs, publicam legitimo bello molientibus, interdicit.

50. Tertium ex Origine, qui lib. 2. contra Celsum dicit, Christum omnia bella sustulisse: & tract. 7. in Matth. exponens obiter illud Lucæ 22. v. 36. Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium, dicit hunc locum perniciosum esse carnaliter intelligentibus. Resp. In priori est fallacia figuræ dictoris. Sustulit bella non prohibendo ea, sed providentia sua pacem generalem afferendo, tempore nativitatis sue. In posteriore nihil est pro Erasmo: quin ipsi concedimus, locum esse pericolosum male & crasse intelligentibus, quasi Christus voluerit, unicuique necessario vendendam esse tunicam, & emendum gladium: cum tantummodo velit indicare, in talibus angustijs fore Apostolos tempore passionis Christi, quales patiuntur, qui, ut se defendant, vendunt tunicam & emunt gladium. (Eodem modo ait Bellarminus solvit, quae Erasmus afferit ex Chrysostomo, Basilio, Theophylacto: quae solum docent, non iussisse Apostolos, ut vere gladios emerent.)

51. Quartum ex Ambroso, qui lib. 10. in Lucam exponens illud, Qui non habet, vendat tunicam & emat gladium; O Domine, inquit, cur emere me jubes gladium, qui ferire me prohibes? cur baberi precipis; quem vetas promisi nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria, & videar potuisse vindicari, sed noluisse: lex tamen referire non verat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, sas est, dicit, quasi licuerit usq; ad Evangelium: ut sit in legi equitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio. Resp. Bellarminus dupli-

SEM

tem fallaciam in bi esse vult, unam ignorati elenchi: de privata ultiōne ibi agi: de bello, quod publica auctoritate exercetur, esse questionem: alteram dicti secundum quid, tanquam simpliciter, privatam enim defensionem & ultiōne induit Ambrosius non pertinere ad prohibitionem praecepti, sed ad perfectionem consilij. Nos in bi partim distincta, confundi, partim principium peristatuimus. defensio enim privata à vindicta privata est distincta: illam, si servat moderamen inculpatę tutelę, concessam, banc omnino prohibitam esse dicimus. Perfectionem Evangelij supra legem prius probandam ex scriptura, quam cetera ejus testimonium afferendam putamus.

52. Quintum ex Augustino, qui in Psalmum 37, scribit, Non orare debeamus, ut moriantur inimici, sed ut corrigantur. Et in epist. 158. supplicat Marcellino, ut hereticos Donatistas cetera sanguinem puniat. Resp. in utroq. est fallacia & rebus ceteris. In priore agit de ijs, qui optant mortem inimicorum ex odio & vindicta cupiditate, quod ut malum est, ita bonum est eandem optare & inferre amore justitiae & communii boni. In posteriore intercedit pro captivis crimen suum facientibus, quod licitum esse ait lesuita: (quod de errore circa blasphemiam & sceleris publicam pacem & justitiam turbantia concedimus: non vero, si haec vel coniuncta cum illo, vel etiam sola sunt captivitatis & incarcerationis causae.) & qui id facit, bellum non continuo prohibet, de quo quæstio est.

53. Sextum ex Sulpicio, qui de S. Martino in ejus vita refert, quod Iulianus imperatori dixerit, Haec tuis militavi tibi, nunc patere, ut militem Deo: Christi ego miles sum, mibi pugnare non licet. Resp. enī fallacia dicti secundum quid. Martinus de se, Ecclesia & studijs sacri emancipato, (non autem monacho, ut vult Bellarmine, per votum & propositum facto: quod non admittunt subsequentia de ejus itinere ad Hilarium, & alia) ita afferebat, cui non licebat manus ad aratram admota respicere, & relictus sacris studijs ad militiam redire: quæstio autem est, an alijs Christiani bella sint illicita, nec ne.

54. Ratio deniq. ab Erasmo afferatur talis: Arma Ecclesie sunt gladius verbi Dei, scutum fidei, galea salutis, loricae justitiae, jacula orationum: ut Apostolus docet Eph. 6. v. ii. & seqq. E. Christiani non debent ferro & armis pugnare. Resp. argumentum laborat partim ignoratione elenchi, partim fallacia oppositorum. Apostolus ibi describit bellum non contra homines, de quo solo est quæstio, sed contra dæmones, ut patet ex v. 12. Deinde male opponuntur tanquam contraria, arma spiritualia & corporalia, quæ sunt subordinata, & possunt esse coniuncta, ut exempla Mosis, Exodi 17. v. 10. ii. & alia ostendunt.

55. In-

55 Instantia: Pax est bona, & effectus caritatis. Et bellum est malum: & proinde illicitum opponitur enim paci. Resp. Consequentie probationem littinamus. bellum sic opponitur paci, ut sit etiam medium ad eam: sed hoc interest inter bellum justum & injustum, quod bellum injustum opponitur paci bonae & ducit ad pacem malam, & ideo tale bellum vitiosum est: at bellum justum opponitur paci male, & ducit ad pacem bonam: sicut vulnera chirurgi contra-ria sunt sanitati male & imperfectae, quam habent agroti: sed ad bonam & perfectam, tanquam ad finem perducunt.

56. Tantum de secunda: superest III. Quæst. An liceat bellum gerere Christianis contra Turcas? Resp. Affirmat Bellarminus, lib. de laicis cap. 16. & nos cum eo: negantem sententiam tribuit idem Dn. Lutero, qui eam tuestar in articulo XXXIV. in bullâ Leonis damnato, & Theodo-ro Bibliandro, qui Urbanum Pontificem reprehenderit in chronologia, quod bellum contra Turcam pro recuperanda Iudea moverit.

57. Nos utriq[ue] male tribuit tanquam simpliciter asserta, que sunt secunda quid dicta, arbitramur. Lutherus enim diserte suam mentem explicat T. 1. germ. lenensi, fol. 398. b. in Buche dessen Titul/ Grund vnd Ursach aller Artikel D. Mart. Luthers / so durch Romische Bulla vñrechtlisch ver-dampf sind/ T. 2. lat. lenensi, fol. 310. b. in fine asserti hujus articuli contra bullam Leonis, dum suadet primùm orationibus, imò corius vice mutata ratiōne Deum propitium esse reddendum: deinde idolo Romano, nempe Pontifici, Cæsarem & Principes modum ponere debere tyrannidis, illusionis & perditio-ni animarum: & interim à bello Turceo abstinere, donec Papæ nomen sub calo valet, ut Lutheri verba sonant. (vide eundem T. 3. lenensi germanico, fol. 359. b. in fine tractatus sui, cui titulus, Ob Krieges-leuthe auch im seligen Stande sein können: ubi expressam eorum-mentionem facit, qui objecerant ipsi verba, quibus bellum contra Turcam dissuasisse videbatur: T. 4. germ. fol. 391. a. im anfange des Buches/ vom Kriege wieder den Türkens: ubi occasio & verus intellectus istius assertionis: item T. 7. germ. lenensi, in adhorta-tione ad preces contra Turcam, fol. 445. b. & seqq. in qua de officio utriusq[ue] ordinis, Ecclesiastici & politici agit, in reprimenda Turcarum violentia.) Bibliander itidem non de ipsa thesi juris, sed de hypothesi & facto istius Pontificis Urbani, homini turbulenti (unde Turbanus fuit dictus) agit, quem intempestivè & impudenter, imò delosè tum movisse bellum affirmat.

58. Ex his quamvis liquido constare arbitremur de mente & sententia: erimus; tamen ex abundantia audiemus argumenta & caussas, quas Lutherum tribuit Bellarminus, ex quibus conatur ostendere, cum ita sensisse. Ea sunt in universum tria: Primum: Voluntati Dei non licet nobis resistere bello. At voluntas Dei est, ut à Turca, tanquam flagello, puniamur. E. ei non licet resistere bello. Minor probatur ab experientia, quæ docuit hactenus, nihil profuisse Christianū bellum contra Turcas. Resp. Argumentum hoc sensu & forma tali existere apud Lutherum negamus: qui non disputat de jure, an liceat: sed ex successu & eventu, an expediatur bellum gerere isto tempore, contra Turcam, quo publicè regnabat supersticio & idolomania Pontificia, priuatim verò impoenititia: quod negat, uti ante a. vidimus.

59. Bellarminus duo afferit, contra illud argumentum, b. e. suum ipsius segmentum, quasi illud ex mente Lutheri esset conslaturum. Initio enim minor regi limitat dupliciter: (1.) ex fine, atq; ex ea limitatione conclusionem invertit: Deus vult Turcam in nos savire, non ut pereamus, sed ut convertamur. Sed tunc ad conversionem perducimur, cum Turcae nos oppugnant, resistere conamur, resistendo laboramus, laborando nostram infirmitatem agnoscimus, atq; inde ad Deum totu; corde revertimur, & ejus auxilium imploramus. E. manifeste vult, ut Turcae resistamus. (2.) ex medijs per instantiam: Bellum Turcae ita est Dei flagellum, sicut pestis, heres, fames, peccata. At hū omnibus opponere licet remedia. E. & illi,

60. Deinde minoris prosyllogismum negat, & contrarium probat partim ex particularibus factis, cum veteribus, tum recentibus, quæ ostendunt, & olim felicissimè Hierusalem fuisse occupatam, & nosros annū LXXXVIII. in illa terra regnasse, dum fuerunt concordes, & idem patrum memoria factum esse, dum Turca plus nostrorum discordia, quam suā virtute occupavit: partim ex communi eventu, qui ostendit, bellum contra Turcam hoc habere boni, ne ille tantum noceat, quantum uellet, nisi enim hactenus cum eo pugnatum esset, iāndudum omnia obineret.

61. Nos hoc reūcere poteramus, ex caussa ante exposita, & jam nunc rependi. Ex abundanti autem de singulis, quid sentiavimus, aperiemus. Primum argumenta duo contra minorem alata concessimus, quæ non oppugnant Lutheri sententiam, priu enim agit de paenitentia cum bello conjungenda: posterius de remedij legitimi, & quidem legitime adhibendis: quod utrumq; non est contra Lutherum, qui eorum temeritatem oppugnabat, à quibus hæc conjungenda disjungebantur, dum bellum parabant, neq; prævia reformatione religioni & fidei publicâ, neq; respicientia & in melius mutatione morum privatâ.

62. Dein-

62. Deinde probationem oppositam pro syllogismo minorū statuimus falle.
re, partim ignoratione elenchi, dum non demonstrat contra Lutherum, istam
felicitatem obligisse, quando publicè & privatim & quæ, ut tunc, omnia pessime
babebant: partim inconsequenti, dum ex particularibus quibuidam eventi-
bus universalem conclusionem confidere studet: partim fallacia causæ, dura-
tributæ causis secundis, quod est primæ præcipue, non agentis nobiscum secun-
dum merita nostra, sed secundum insinuatam suam misericordiam, ex qua con-
cedit aliquam nostris contra Turcam pugnantibus felicitatem.

63. Secundum argumentum Lutheri, ut fingit Bellarmine: Ecclesiæ
utilior est tribulatio & persecutio, quam victoria & tranquillitas. E. non li-
cet bellare contra Turcam nos persequentem & tribulantem. Ante eendem illu-
strat alio Lutheri dicto, ex sermone de Matrimonio, in quo reprehendit ecclesiæ
consuetudinem, qua orat pro pace & quiete, cum potius pro tribulationibus
orandum esset. Resp. Argumentum hoc existare loco, quo vult Jesuita, nega-
mus: tantummodo ibi agit de eventu infelici bellorum intempestivè suscep-
tum, de quo in primo argumendo facta est mentio, & de fraudibus aq. impostu-
ris Pontificiorum ibidem nonnulla adduntur, qui tantum conventus agebant &
jactabant bella, interim nullum suscepiebant, sed pecuniam collectam ad priva-
tos abusus convertebant: deniq. de subdorum credulitate, qui tanquam bru-
ta se patiebantur abduci. Ante eendem illustratio apud Lutherum nusquam re-
peritur in utroq. sermone de matrimonio.

64. De miserijs tolerandis, non amandis, nec desiderandis & petendis, quod
subjungit, confirmatq. ex Matth. 6. v. 13: 1. Tim. 2. v. 2. & August. lib. io. Con-
fess. c. 28. tanquam Lutheri assertioni, qui eas utiles statuit, contrarium; id ope-
rosè nobis refellendum non putamus, qui fundamentum hujus consuetudij apud
Lutherum aut prorsus non existare, aut certè non simpliciter eoz modo, quo
vult Bellarmine, dictum reperiiri autem amus: tamen ex τοις απόδοσίαις cum de ad-
versis inculcamus illud Ps. 119. v. 71. Bonum est mihi Domine, quod affixisti
me: cui consentit illud Nazianz. ad Eudoxium: ορετίων δημητρίας
ἀχαλύωτος νόσος Φιλόνοφος: tum de secundi, quod loco à Jesuita
allegato Augustinus scribit, Non tantum adversa esse nobis oneri, sed etiam se-
cunda timori.

65. Tertium argumentum, quod tribuit Lutheru Bellarmine, desumi-
tur ex causa, que erat odium Pontificis, præ quo Turcam optabat occupare
omnia Christianorum regna: unde ita concludit: Lutherus tanto odio Ponti-
ficem aliquando prosequebatur, ut plane optaret videre Turcam occupantem

omnia regna Christianorum, atque ita nomen Pontificium extinguiri. Et contra eum non voluit bellum geri, sed potius juvandum contra Christianos. Antecedens confirmat tribus locis ex Lutero, quorum primus exstat T. 1. lenensi germ. fol. 243. b. cap. 25. ad nobilitatem Germaniae, in quo afferit, nullum esse pulchrius regimen, quam apud Turcas, qui legibus Alcorani gubernantur: nullum autem turpius, quam apud Christianos, qui iure Canonico & civili reguntur. Secundus T. 2. lat. lenensi fol. 310. in assertione articuli 34. ubi dicit, Pontificem & Pontificios esse multo peiores & truculentiores Turcic, & stultum esse pugnare pro pejoribus Turcic contra meliores. Tertius T. 2. lenensi germ. fol. 432. a. in epistola contra duo mandata Imperialia: in quo orat cunctospios Christianos, ne ullo modo sequantur vel in militiam eundo, vel aliquid dando contra Turcas: quandoquidem Turca decies prudentior probiorum est, quam sunt principes nostri. Consequens hujus & praecedentium argumentorum illustrat contradictione Lutheri, si ipsi in hoc arguento repugnari, postquam prior ille ardor deseruit. (Confer T. 4. germ. Jenensi fol. 341. a. cum fol. 390. b. &., quam sit tetra haec calumnia, deprehendens in posterioris enim libri initio, cuius prefationem 9. Octobris exaravit, eundem suum Zelum adhuc defendit, cuius etiam ex priore, qui ineunte vere ejusdem anni confessus fuit, deseruit false colligit Bellarminus.) Loca duo in contrarium producit: primum, ex libro de visitatione Saxonica, T. 4. germ. lenensi, fol. 354. b & 355. a. Resp. Antecedens negamus odium quidem Lutheri in Pontificem agnoxiimus, idque magnum & perfectum, quia ille osor Dei & Anti-christus, Psal. 139. v. 21. 22: 2 Thess. 2. v. 4: & Lutherum Zelus leborae excedebat, Psal. 69. v. 10. Quid vero optaverit occupari omnia Christianorum regna a Turcis, id loca adducta non probant: neque offendit ratio, que docet, cum uterque sic hosti Christi, alter crudelior, alter micior, quod utrumque odio prosecutus sit, alterum magis, alterum minori. Probationes antecedentis omnes falli. iam vero quod in tunc committuntur, in quibus nihil continetur, quod ad propositorum facit: tantum agunt de statu politico istius temporis communiter meliori sub Titulo, quam sub plurius Pontificij principiis. Consequentis illustratio, quasi in locis allegatis contradicit scriptu superioribus, recusat. falso enim praesupposito nituntur, quasi Lutherus simpliciter in prioribus suis tractatibus afferuerit, non licere unquam contra Turcam bellum gerere: qui tantum secundum quid affirmavit, non expedire nimis isto tempore & isti moribus cum publico, tum privato.

III. DE OFFICIO MAGISTRATUS

Politici in causa religionis.

IN hoc capite agit Bellarminus de quinque problematis: 1. Quæst. An iudicium de religione pertinet ad magistratum politicum?

Resp.

Resp. Affirmativam sententiam tribuit Brentio, Philippo, & alijs Lusi
therianis Bellarmi inus, quasi velint, reges non solum custodes & defensores re-
ligionis, sed etiam judices & magistros: quia affirmant ad eos ut ad principes
ecclesie membra pertinere, judicare controversias fidei, praesidere conciliis ge-
neralibus, constitutre ministros & pastores, & similia: negativam ipse tuerit,
qui regibus, ut sunt cives terrena civitatis, primum quidem locum inter Chri-
stianos assignat, non autem ut sunt cives sanctorum, domestici Dei, & Ecclesie
membra: ubi primum locum habeant Episcopi, & principale summum pontificis,
secundum presbyteri, tertium Diaconi, alijs ministri ecclesiastici, ultimum lai-
ci, inter quos etiam reges & principes numerantur.

2. Assertio nostrorum corrumpitur omissa distinctione, & ex hac orta fal-
lacia dicti secundum quid, primò enim, dum judicium de religione magistratus
politico, ut omnibus Christianis alijs asseritur, privatum illud intelligitur, &
quidem non absolutum, sed secundum normam scripturæ limitatum, quale
etiam doctoribus in ecclesiis & scholis datum asserimus. hinc autem minimè se-
quitur, tale à nostris arrogari praesidium vel Doctoribus ecclesiasticis & schola-
rum, vel magistratus politico, quale Pontificij suo ecclesiastico, nempe Pontifice
Romano. Præterea distinguendum est inter potestatem convocandi concilium,
& definiendi in eo: illam habet tota ecclesia, cuius principium membrum est
politicus magistratus: hanc pastores sive theologi à Deo per ecclesiam totam, à
qua vocati sunt, aut certè esse debent: cum quibus tamen politicos in conciliis
jungi utile est multù de causis. De jure vocandi ministros ecclesie actum est à
nobis alibi.

3. Argumenta Bellarmi sunt tria: Primum ex testim. Chrysostomi homilia 83. in Matth. & Gelasij epistola ad Anastasium: in utroq; loco
dicitur, majorem esse pastorum in ecclesia quam magistratus politici potestatem:
imò hunc illis subesse. E. non potest praesidere in concilio & judicare de religio-
ne magistratus politicus.

4. Secundum à facto Christi, qui ecclesiam regendam Petro & episcopis
comisit, non Tiberio imperatori & ejus prefectis. E. nec hi praesidere & judi-
care in ea possunt.

5. Tertium, ab experientia trecentorum annorum in primitiva Eccle-
sia, quando sine ullis regibus Christianis ecclesia à solis episcopis & presbyteris
optimè gubernata est, exceptis paucissimis, qui vel brevissimo tempore impe-
narunt, ut Philippus Cæsar, vel solum in aliqua provincia, ut Lucius rex Britan-
orum. E. & nunc à soli episcopis & presbyteris gubernari debet: & proinde
magistratus politicus praesidere nequit.

D. 3.

6. Noi

6. Nos omnia & singula uno & eodem vicio est negotiis nostris laborare statuimus, directa contra id, quod affinxit nostris Bellarminus, non quod ab ipsis est assertum.

7. II. Quæst. An ad magistratum pertineat defensio & cura religionis? an vero permittere debeat singulis, ut sentiant & vivant, prout voluerint, modo non perturbent publicam pacem? Resp. Prius tuerit Bellarminus, qui vult Principibus Christiani incumbere, ut non permittant suis subditis libertatem credendi: (quod recte intellectum concedere possumus) sed debere eos dare operam, ut ea fides servetur, quam episcopi Catholicorum & præcipue summus Pontifex docet esse tenendam: (quod contra scripturam esse statuimus, in qua jubemur Christum a xxviii. psalm. audire, & qui ab eo missi Prophetæ & Apostoli, squorum doctrina libris canonici est comprehensa, Matth. 17. v. 5. Luke 16. v. 29. Eph. 2. v. 20.) Posteriorius, præterquam quod Echnicis, Themistio philosopho, & Rhetorio hereticis, etiam Germani Protestantibus tribuit, qui anno 1526. hanc libertatem voluerint & obtinuerint, quando principes Imperij Spiræ congregati ediderunt quoddam Interim, quod dum facit, non solum a scopo operi sui, qui est agere de controversijs Christianæ fidei adversus hereticos hujus temporis, declinat, imo quodammodo contra normam scripturæ, 1. Cor. 5. v. 12. & contra veritatem historicæ (vide Socratem lib. 4. bish. Ecclesiastice c. 27. de Themistio, & August. lib. de heresis. 6. 72. de Rethorio) agit: ut nostram sententiam, commemoratorum opinionibus tanquam consentaneam, majori odio prægravaret: sed etiam quæ oppugnare vult, nequaquam de nostrorum mente promis, sed de suo ipse confingit. Non enim Germani protestantes postularunt sibi libertatem sentiendi in religione quod vellent, sive omnimodam: sed veram religionem, quam ex verbo Dei certam esse palam protestati sunt (unde Protestantium nomen ortum quidam volunt: quod tamen aliunde esse testatur Sleidanus lib. 6. pag. 171. & 173. Chytraus in Chronicō lib. 12. fol. 365.) sibi liberam esse desideraverunt.

8. Argumenta pro nostra sententia, tanquam à nostro allata, recenseat cap. 18. quatuor: 1. quod fides sit libera: 2. quod sit donum Dei: 3. quod cogendo nihil proficiatur, teste experientia: 4. quod Christiani semper Iudeos tollerant, qui tamen Christi hostes sunt. Sed quia neq; hoc loco assignat, unde ea desumpserit, & cap. 22. demum eorum examen instituit; nos etiam, qui Anabaptistarum prius quam nostrorum esse statuimus, de ipsis nihil in præfessione dicimus amplius, si quis, quid de singulis sentiamus, scire desiderat, eum ad ipsum actum disputationis regicimus.

9. Ad-

9. Adversariorum argumenta sunt triplicia: Primum genus ex testimonij V. T. Proverb. 20. v. 8. Psal. 2. v. 10. (vide August. epist. 50 de hoc loco) & N. T. Apocal. 2. v. 14. 15. & 20: Rom. 16. v. 17. 18: Gal. 5. v. 12: Tit. 1. v. 13. unde ita argumentantur: Rex sapiens dissipat impios. Hæretici sunt impii. E. eos dissipare debet, & nequaquam libertatem religionis tolerari aut concedere. Item, Omnis hæretorum cum Catholicu mixtio & confusio est noxia Ecclesie. E. reges, qui sunt nutriti ecclesiæ, Esaiæ 49. v. 23. non debent eam concedere. Resp. Concedimus totum dexterum intellectum, quod non pugnat cum nostra assertione, sed cum figura Bellarmini pro nostra sententia supposito: Ad dextrum vero intellectum, quem requirimus, opus est distinctione errorum & errantium, & explicacione modi, quo dissipari errores, & puniri errantes debent. Errorum alij sunt fundamentales, alij non fundamentales: & errantium quidam sunt dociles & pacifici, quidam indouiles & turbulenti, modus agendi cum utriusque diversus est: mitius cum illis, durius cum hi agendum: de quo in specie suo loco pluribus.

10. Secundum genus partim ex testimonij quatuor Pontificum: (Leonis epist. 75. ad Leonem Augustum: Anastasij II. epistola ad Anastasium Imperatorem: Gregorij lib. 9. epist. 60. ad regem Anglie, lib. 11. epist. 44. ad Leontiam Augustam: Agathonij in epist. ad Constantinum 1 V.) & sex Imperatorum (Theodosij, I. cunctos populos, C. de summa Trinitate & fide Catholica: Valentianoi Junioris, de quo Ambrosius in orat. funebri: Martiani, l. Nemo, C. eodem: Constantini M. de quo Optatus lib. 2. contra Parmen. quem filij, Constanus & Constantinus sunt imitati, teste Augustino epist. 166: quæ illustrantur antiuies trium Imperatorum, qui libertatem credendi concesserunt: Joviniani, Valentis, & Julianoi) Argumentum sit tale: Olim Pontifices monuerunt Imperatores de fine regie potestatis; qui non est ruitum in undi regimeti, sed præcipue ecclesiæ præsidium in fideli sinceritate conservanda: & hi illa obtemperarunt ferendo leges, & prohibendo libertatem credendi, disputandis contra ea: quæ concilijs definita sunt, mandandoque, ut omnes eo crederent modo, quo Romanus Pontifex docet esse credendum, claudendo item templo idolorum. E. idem bôdiè faciendum est magistratu politico: alioquin erit similis Ioviniano, Valenti & Juliano. Resp. Propositionis omissione connexio laborat fallacia parium. Prisci illi episcopi & Papæ commone faciebant Imperatores de suo officio ex scripturâ, unica fidei & morum regula: & Imperatores illi veteres & p̄i mandabant, ut decreta Pontificum & conciliorum legitima, tum facta ex verbo Dei, sequerentur omnes, non autem illegitima & normæ ceddendorum.

endorum & faciendorum unicæ contraria, quæ futuri temporibus erant fabricanda. Prosylogismus ejusdem, qui consequenti enthymematis subjunctum est, eodem vicio laborat. Protestantes nihil nisi consonum Dei verbo postularunt: imperatores illi impij nihil nisi dissonum eidem permisérunt.

11. Tertium genus ex ratione, quod in quatuor rivulis à Bell. diductum, à nobis ad duos fontes revocabitur: unus est à consequentibus periculis: Libertas credendi est exitialis ecclesiæ, temporali bono regnorum, quod est pax publica, deniq; illa ipsis, quibus indulgetur. E. non est concedenda à magistratu politico. Antecedentis primum membrum probat à contrario: unius fidei confessio est vinculum ecclesiæ, Eph. 4. v. 5. E. diversarum concessio est ejusdem dissolutio. Secundum dupliciter: 1. quia reip. civilis incolumenta pendet ex pace ecclesiæ: ubi fides atq; obedientia servatur Deo, ibi etiam utrāq; servatur principi. 2. quia dissensio in fide parit animorum & voluntatum dissensionem: hæc verò desolationem regnorum. Tertium, quia libertas credendi est libertas errandi & rocedendi à fide, quæ tamen est una, Eph. 4. v. 5: quod simili ab omnibus vagari permisit, & navi gubernatore suo destitutus declaratur. Resp. Antecedens (præterquam quod totum non nostrorum assertiōnēm, sed Bellarmino segmentum oppugnat) est ambiguū. Libertas illa, seu potius licentia credendi consideratur vel in se, ut est habitus erranti in fide, vel in operationibus ad extra, prout se prodit cultu & professione apud alios: illa non est exitialis toti ecclesiæ, sed tantum habentis, si incurrit fundamentalis articulos: hæc verò privatim offendit est præsertim rudioribus, infirmioribusq; & publicè turbat ordinem in Ecclesia. & proferendo disseminandoq; nocet alijs.

12. Probationem primi membra in antecedente concedimus de errore fundamentali, ejusq; dissemination, non de alijs fundamentum non concernentibus: sicut non omnis infirmitas aut plaga est dissolutio anime à corpore sive lethalis, sed ea demum, quæ jugulum petat, corpus à capite avellit, partes vitæ principales sive viscera vitalia invadit & corrumpe. Secundi membra probationem eodem ferè modo explicamus. Subjecta enim & objecta errorum prudenter sunt distinguenda. à turbulentis & inquietū, maxime filaborent erroribus fundamentalibus, pacem publicam turbari largimur: non à pacati, quæ laborent non fundamentalibus. Tertiū deniq; explicatio ex eodem fonte baurienda. Vide 1. Corinth. 3. v. 15.

13. III. Quest. An possint Catholici sive Pontificij cum Luteranis & Calvinistis conciliari? Resp. Affirmavit patrum memoria quidam Gregorius Cassander, Pontificius, qui, in libro de officio p̄i viri, docuit, debere

debet principes invenire rationem pacis inter Catholicos, Lutheranos & Calvinistas: interim autem, dum tam non inveniunt, debere permittere unicuique suam fidem, modo omnes recipiant scripturam & symbolum Apostolicum, sic enim omnes esse vera Ecclesiae membra, licet in particularibus dogmatibus dissentiant. Huic similia olim docuisse cum Pacificantes, auctore Zenone Imperatore, ait Bellarminus, testimoniis citat Evagrium lib. 3, cap. 14, & 30, tam Apelles, qui dixerit, non esse discentiam rationem fidei, sed sat esse credere in crucifixum: de quo Euseb. lib. 5. hist. cap. 13. Negat Bellarminus, & nos cum eo.

14. Subiectum questionis hujus patet: prædicatum, quia ex parte ambiguum est, explicatione opus habet. Conciliatio enim vel de dogmatum ipsorum, que propria sunt vel Pontificiorum, vel Lutheranorum, vel Calvinianorum, reductione in unum sensum sive concordiam, vel de personarum ista discrepantia dogmata amplectentium & tacentium aggregatione & receptione in externam Ecclesiae societatem accipitur, ut pro veris ecclesiae membris agnoscantur, licet in doctrina ecclesiae per omnia non consentiant. Posteriorum significationem & conciliandi modum intellexit Cassander, non priorem, qui tam impossibilis est, quam fieri nequit, ut duo contradictoria in unum consentiant. Modus autem, quem velut medium isti conciliacioni accommodatum putavit Cassander, est receptio scriptura & symboli, quoad verba, quod improbamus, si de vero sensu secundum scripturam dixisset, non repugnaremus. De Pacificantibus, Zenone Imperatore, ejusq; successore Anastasio, item de Apelle, videantur loca allegata, & præterea de postremo consulatur Augustinus in lib. de heresibus: ita patebit, quid sentendum sit de Bellarmino narratu.

15. ~~Ka~~ontraevangelio argumentum, quo Bellarminus probat, conciliationem Cassandri esse impossibilem, unicum est: Quicunq; conciliari debent, & unum esse in ecclesiâ, sive pro membris ecclesiae veris agnoscî, illos oportet non tantum symbolum tanquam verum recipere, sed etiam in sensu illius, & quidem quod ad omnes articulos, convenire. At Catholici, Lutherani, & Calvinisti in symbolo non convenient: quod probat inductione quatuor articulorum: 1. de descendenti Christi ad inferos: 2. de sancta ecclesia: 3. de communione sanctorum: 4. de remissione peccatorum. E. non possunt conciliari.

16. ~~A~~væneueristæ, que opponuntur medio Cassandri, sunt septem: Primum: Symbolum unum est, & ejus unitas, sive communio & societas non consistit in verbis: (alioqui nulli ferè veterum haereticorum jure damnati fuissent: nam Ariani, Novatiani, Nestoriani, & alijs ferè omnes verba symboli Apostolici

fidelici recipiebant) sed in sensu. E. qui unum in illo esse, & ipsum vere habere
dicit volunt, eos oportet in sensu convenire. Resp. consentimus.

17. Secundum: Si præter illam fidem, quæ consistit in receptione sym-
boli, ranguam veri ejusq[ue] veri sensu unitate, requiritur subjectio ad legitimum
caput ecclesie à Christo constitutum, & communicatio cum alijs membris; Lu-
therani & Calvinistæ non possunt vera ecclesie membra vocari, etiam si in sym-
bolo nobiscum plane convenienter. Non enim isti capiti se subjiciunt, & proinde
communione in hac subjectione cum membris ecclesie verū non habent. At prius:
Quod probat dupliciter: 1. à genere: In omni corpore visibili oportet esse caput &
membra visibilia, eorumq[ue] inter se communionem & ad caput subjectionem. neq[ue]
n. dici potest membrum, quod à capite & reliquo corpore est separatum. Ecclesia
est unum corpus visibile. Itaq[ue] habet caput & membra visibilis, horumq[ue] est
inter se communio, & ad caput subjectione. 2. ab exemplu Aerii & Novatiani,
qui in symbolo etiam quoad sensum, convenienter cum Catholicis: sed quia alter
episcopo, alter Pontifici subesse solebat, uterq[ue] extra ecclesiam esse, & in numero
hæreticorum reputatus est: ut de priori constat ex Epiphanio & Augustino: de
posteriori ex Cypriani l. 4. epist. 2.) E. & posteriori. Resp. Assumptionis partem
unam, de subjectione ecclesie sub potestate Papæ, negamus in totum: imo &
alteram ex parte, quatenus communio membrorum eodem sensu accipitur. Pro-
philosimus prior in assumptione laborat ambiguo: ecclesia materialiter accepta,
b. e. de hominibus in ea versantibus, ex parte vera est, nimis, quatenus de
enilitate intelligitur: triumphans enim est nobis invisibilis: formaliter vero
accepta, nempe de fidelibus, est invisibilis. Posterior crimen falsi committit.
Aerius enim, præter negationem ordinis inter ministros verbi in Ecclesia, et ac
Arianus, teste August. lib. de hæresib. cap. 53; & Novatianus, præterquam quod
constituebat: p[ro]scopatura adulterinum, negando lapsis in persecutione ventiam,
rollebat paenitentiam. Vide Cyprinum & August. l. 1. ep. 6. de hæresib. c. 38.

18. Tertium: Si inter Catholicos, Lutheranos & Calvinistas solum
dissensiones essent de ritibus & ceremonijs humanis, valeret Cassandra medium.
Non prius: quia Pontificij dicunt, missam esse divinissimum cultum Dei, &
invocationem mortuorum esse pietatem: Lutherani & Calvinistæ prius nomi-
nabant horrendam idolatriam, posteriori manifestam impietatem. E. nec poste-
rior. Resp. concedimus totum.

19. Quartum: Patres docuerunt non solum fidei symbolum, sed etiam
omnia alia dogmata fidei, licet minuta videantur, inviolata esse servan-
da, nec propter hæreticos ullam mutationem permittendam. E. id ipsum
facien-

faciendum; & praeindè p̄sx cum Lutheranis & Calvinianis, quo modo vult
Cassander, nequam à Catholicis invenia erit. Antecedens confir-
mat, parvum autoritatem Apostoli, Gal. 2 v. 5, parvum patrum in genere,
qui nolebant vel unam literam mutare, dicendo διαβόλον πρόσωπον, vel
vocem, quæ nec in scriptura, nec in symbolo exstat, omittere: & in specie, Basili-
j, Eustachij, Sylvani & Gelassij. Resp. Argumentum ipsum concedimus: con-
sectarium, quod addendum est, ne à scopo abieret, ex eo per bonam consequen-
tiam deduci posse negamus, præsupponit enim duo falsa: unum, Lutheranos es-
se hereticos: alterum, Cassandrum voluisse propter eos in societatem ecclesie
recipiendos, ullum dogma verum à Pontificis viuandum. In antecedentium pro-
batione desideramus scientiam aut judicium Bellarmini, qui inter minuta fidei
dogmata resert cùm exemplum Pauli cedere nolentis falsis fragribus ipsum in ser-
vicutem à libertate, quam habebat in Christo, dejecturis, cum Ecclesiæ primi-
væ mutationem unius literæ aut voculæ sublationem denegantibus: cùm istis
disputationes longè maxima & fundamentalia fidei capita concernans.

20. Quintum: Si liberum erit credere in uno aliquo dogmate, eadem
ratione liberum esse debet in omnibus, etiam in ijs, quæ in symbolo Apostolicis
continentur. Non hoc voler Cassander: vult enim symboli & scriptura re-
ceptionem esse fundamentum hujus concordia. E. nec illud proponere debebat.
Propositionū consequentiam probat ex eo, quod una eaqz certa est fidei regula in
omnibus, quæ creduntur, nimirum, verbum Dei per ecclesiam explicatum:
unde sequi putat, si quis credidit ecclesia tradidit symbolum Apostolorum, quod
non scit aliunde esse Apostolorum, nisi quia ecclesia dicit, eadem ratione si cre-
dere debet, sanctos esse invocandos, quia eadem ecclesia hoc dicit; velsi hoo
non potest, eadem ratione illud non potest credere. Resp. Propositio aperte
falsum aut certè dubium præsupponit, quasi Cassander statuerit ecclesiæ liberum
credere de uno aliquo dogmate quod vult: quod probari ante oportuit quā
asserit. Prosylogismus ejusdem vero falsum admissit. verbum Dei regulam es-
se fidei certam agnoscamus: explicationem ecclesiæ Romanae, quam intelligit
Bellaminus, reūcimus: qui ipsum verbum lucernam pedum nostrorum lucen-
tem in loco caliginoso scimus, Psal. 119. v. 105; 2. Petr. 1. v. 19. Consectarium ex
eodem deductum fallacia homonymie & parvum laborare statimur. symbolum
ratione materiæ Apostolicum est, non ratione formæ: (uti placet non nullis,
quarum alijs aliter visum sit) & qui negat symbolum illud fidei esse ab Apo-
stola compositum, traditionem bistoricam majorum impugnat: qui affirmant,
sanctos esse invocandos, plures Deos statuunt, saltem indirecte: hoc everit si-
dem salvificam, nos illud,

21. Sextum: Opinio Cassandri noua est. & ab ipso primū excogitata, ut ipse initio fatetur. E. suspecta haberi debet. Consequentiam probat dicto Vincentij Lirinensis: Suspicio carere non potest, quod novum est, cum vera fides una sit & antiquissima. Resp. Propositio ejusq; probatio vera est de dogmatibus fidei, in quibus antiquissimum quodq; verissimum esse cum Tertulliano agnoscimus: non de consilijs pacificationis, in quibus dicitur. Φρεγάδες possunt & solent esse φρέγας nonnunquam: in specie tamen de Cassandri consilio id non statuimus, quod à nobis improbari ante ostendimus.

22. Septimum: Cassandri opinio laborat consequentibus incommodis. E. non admittenda. Antecedens probat enumeratione duorum: (1.) quod facit veram Ecclesiam omnino occultam & invisibilem: imo ex solis adulatoribus & simulatoribus constatam: idq; probat ita: Nulla vera & visibilis ecclesia, imo nulla secta aperta, olic pacem cum omnibus in religione dissentientibus: quod constat partim ex Catholicorum, partim ex Lutheranorum factu. Cassandri opinio ostendit dicere pacem cum omnibus, nam requirit non tantum fidem in Christum, sed etiam pacem cum omnibus in religione dissentientibus. E. veram ecclesiam facit invisibilem, imo ex adulatoribus & simulatoribus constatam, cuius membra sunt Herodis similia; qui cum ethnicis erat ethnicus, cum Iudeis Iudeus. vide Josephum lib. 1. δέκατον. cap. 13, 14. (2.) quod veram ecclesiam, quam constituere & augere vult, destruit, idq; hoc modo ostendit: Vera ecclesia est manifesta & visibilis, Matth. 5. v. 14. nec sine pastorebus, Eph 4. v. 11. Isti autem, de quibus Cassander agit, non sunt manifesti, sed occulti, & proinde, dum ita manent, nullos pastores habent aut habere possunt. E. neq; sunt vera ecclesia. Resp. Argumentum principale concedimus. In antecedentis probatione priori propositio ejusq; probatio tribuunt toti ecclesiæ Pontificis, quod est procerum crudelium; similiter Lutheranis assignant per se, quod est per accidens, nempe ex professione dissentientium turbulenta, quiescentes enim & dociles toleramus: inquietos vero & scandala moventes non itidem. Consecutarium conclusioni ex concessa hypothesi Cassandri non sequitur, nulla enim simulatio aut adulatio est in ijs, qui liberè, quod sentiunt, proficiuntur. Cassandri opinionem sequentes liberè profitentur quod sentiunt, proficiuntur. Cassandri aut adulatio. Simulatores autem & adulatores fingere sine ulla specie simulatio- nis & adulatiois absurdissimum est. In posteriori probatione propositio fallit ambiguo, de quo supra in arguento secundo: probatio ejusdem laborat ignoratone. agit enim de Apostoli, quā Apostoli, non quā membris ecclesiæ, multo minus

minus de tota ecclesia. Assumptionū falsitas vel ambiguitas ex ijs, quæ ad propositionem, vel potius ihesi 17. de visibilitate & invisibilitate ecclesia dicta sunt, est dijudicanda.

23. IV. Quæst. An libri hæreticorum jure interdici & abolesi possint? Resp. Bellarminus affirmat simpliciter: nos cum distinctione quadam, & secundum quid, ut ex sequentibus constabit.

24. Libri hæreticorum dicuntur vel omnes sine discrimine, quicunque ab ipsis sunt scripti, sive de religione, sive de alijs, ut, grammatici, poëtici, logici, historici, aut alterius generis: vel certi, in quibus hæresin sparserunt: & hæresis alia pugnat cum fundamento doctrinæ & fiduci, idque vel directe, vel per indirectum, & proinde alia blasphemia, alia non. Prohibitio primum in se distinguenda est, & deinde à modo suo: est enim interdictum aliud simplex, absolucionis, perinens ad omnes subditos, omniaque tempora & loca: aliud limitatum & conditionatum, concernens certas personas, nempe rudes & imperitos, item certa tempora, in quibus sine offendiculo aut periculo contrarium fieri non posset: denique loca, publica dico aut privata. Modus porro, (ut ita appellemus) sit vel verbo & mandato, vel facto sive combustione. Hū ita posicū, dicimus, prohibitionem, quæ sit interdicto apud rudes jure fieri de libris hæresi quadam, praesertim contra fundamentum fiduci infectū: apud doctiores non item; nisi in casu scandali: quæ vero sit combustionē, si per vim eripiar peritū libros, eorumque expendorum & judicandorum facultatem, approbari non potest.

25. Argumenta nostra apud Bell. sunt tria: Primum: Multæ sunt bona in libris hæreticorum: E. non sunt abolendi propter illa bona, quibus aliqui privaremur. Consequētia probatur, (1.) aburdo contary: ita enim essent multa patrum scripta comburendæ: (2.) à judicio Ecclesiæ tolerantis libros Gentilium, Iudeorum, Turcarum: item veterum hæreticorum, Origenis, Tertulliani, Eusebij, Pelagi.

26. Bellarminus tria opponit: Primo consequētiā principalū argumenti negat dupli ratione: (1.) Veritas in libris hæreticorum nocet, quia permixta est eorundem erroribus: ut ex malis bona insciant, & per hoc illa abscondant, teste Greg. M. l. 5. moral. c. 11. & propterea Christus & Paulus prohibuerunt Dæmones etiam vera dicere, Luca 4 v. 35. Act. 16. v. 18. E. ob illam non est parcendum libris hæreticorum. (2.) Veritatēm decet ab ejus studiis & amicis petere. Tales non sunt hæretici. E. ab eis neque petere neque accipere oblatam decet. Conclusio illustratur pari facto Lacū demoniorum, qui in politicū etiam bonum & utile consilium ab improbo inventum & datum per alium virum bo-

sum proferri voluerunt. Gell. l. 18. c. 8. Resp. Antecedens primi argumenti fallaciam accidentis committit. nocet illa veritas non per se, sed per imperi-
eiam rudi & imperii lectoru: nos autem de peritu, tantum agimus. Probatio
Eius una fallit è te & Zymod. de effectu consequente in doctu est quæstio: de fine
in rudibus est objectio. Altera laborat fallacia cause. Demones vera dñere
prohibiri sunt, quia carebant vocatione, ut censei Lutherus T. 5. germ. lenens.
fol. 76. b. Propositio secundi argumenti distinguida: primariò veritas ex pro-
prijs principijs eruenda: secundariò ex alienis & oppositi, que juxta se posita
magis elucentur. Illustratio conclusionis fallit disparti, in theoreticorum verita-
tum eruentium studio allegans exemplum prudentia politicorum, ubi oratorem
requiri patet, qui sit vir bonus, vel certè habeatur.

27. Deinde probationem consequentiæ priorem reijcit, propter fallacijs pâ-
trium quadruplicem: (1.) Patres non fuerunt hostes ecclesiæ impugnantes (edem
Rom) (2.) errata eorum non fuerunt hereses, quia semper submiserunt se ecclesiæ.
(3.) errores eorum sunt extinti cum ipsis (non enim defenduntur hodie) ideoqz
innoxij: (4.) sunt detecti, ipsis viventibus: alioqui aut ipsis eos emendassent, aut
ab ecclesiâ ejecti fuissent: que omnia contrario modo se babent in Lutheranis
& similibus. E. non es idem de horum libris tolerandi statuendum, quod de il-
lorum. Resp. Antecedentis primum & secundum membrum distinguendum.
Lutherani hostes sunt Ecclesiæ, non veræ, sed ficticiæ Pontificiorum: idem liben-
ter sibi submittunt illi judicanti secundum normam verbi divini, non buic se-
quenti placitum Pontificis Rom. Tertium est ex particulari, ut & quartum,
quidam enim errores Patrum unâ cum ipsis sunt extinti, non omnes, ut de
Origene constat, ob cuius scripta post ejus obitum maximum fuit dissidium (vide
Chron. Cartionis à Philippo auctum p. 349.) quidam etiam detecti, non
emendati: ut de nævū Patrum constat. Adde quod errores non solum noceant,
quando defenduntur, sed etiam quando ab imperiis & curiosis leguntur.

28. Deniqz posteriorē probationem consequentiæ negat, propter dispari-
tatem in omnibus. primò Gentilium errores sunt hodie mortui, non enim de-
fenduntur, sed ridentur: olim cum propugnabantur, interdictum fuit eorum
libris. Sic Iudeorum & Turcarum libri, quia ut apertorū ecclesiæ hostium, facile
eaventur, tolerari possunt: Lutherani vero sunt hostes ecclesiæ occulti. Deniqz
disparatio est veterum & recentiū hereticorum: illorū hereses sunt extintæ,
horum vive: illorum libri prosunt propter antiquitatem, horum nocens propter
novitatem. Resp. In primo de interdicto librorum qui habent manifestos & verè
noxios errores, quos defendunt eorū autores, consentimus quod ad rudes, non sim-
pliæ.

placiter. An vero omnes errores sint mortui, qui non defenduntur, antē dictum est. In secundo negamus, Lutheranos esse hostes vera ecclesia, aut occultos falsos. In tertio utsdem negatur hereses omnes vereres esse extintas: reviviscent enim in posteris, ut de Arianis, Photinianis, Manichaeis, Pelagianis & alijs constat. Antiquitas veterum si de veritate cum contemptu conjuncta intelligatur, negamus: contraria nam enim iam probatum est exemplu Arianorum, Protagoristarum, aliorumque: sicut de notitia antiquitatis, inversimus. Lutheri enim & aegagri etiam libri profunt eodem modo posteris.

29. Secundum arg. ex i. Thessal. 5. v. 20. 21. Prophetias nolite spernere. omnia probate, quod bonum est, tenete. E. libri hereticorum, qui aliquid boni malo admixtum habent, non sunt abscondi: alioqui huic mandato non possumus obedire.

30. Bellarminus limitat antecedens dupliciter: (1.) ex te, quae est scriptum sive prophetia, eaqz aut abduc dubia, an sit bona vel mala, aut certa & explorata, quod sit mala: de priori loquitur Apostolus, de posteriori est questio. Pontificij enim, quia examinarunt nostra, prohibuerunt eadem, quod mala repertas sunt. (2.) ex personis probancibus, que sunt aut omnes in Ecclesia, ad quam scribit Apostolus, aut ille tantum, qua possunt, & quibus ex officio id incumbit. Non priores, E. posteriores. Assumptionem illustrat simili: Cum ad universitatem mittantur articuli suspecti examinandi, non ad omnes, sed ad certos magistros perinet illud examen: ita cum Apostolus jubet in ecclesia examinari prophetias, non a sacerdotibus vel clementariis, sed ab Episcopis, & quosibi sibi adjungunt, id fieri vult. Resp. In priori negamus, quod Pontificij dicuntur mala tantum rejecere, in quorum numero sint nostra. Probatio fallit procedendo à genere ad speciem affirmativę: Examinate sunt. E. recte secundum normam legitimam. In posteriori negatur assumptio: restrictio enim non est in textu, sed universalitas: vide antecedentia v. 14. & consequentia v. 22. 23. quae ad omnes pertinent: unde hunc locum, qui de iudicio privato auditorum agit, patiter ad omnes extendi concludimus. Probatio à simili habet dissimilitudinem: In Academis distincta sunt scientiarum genera: in ecclesia est una omnium doctrina fidei & morum: cuius notitia communis esse debet omnibus membris, licet ipsa sint certi gradus.

31. Tertium arg. ex testimonij quatuor Patrum: (1.) Dionysij Alexandrini, qui dixit, se visione admonitum, ut legeret omnia: (2.) Theophyli, qui reprobans, quod legeret Origenem, defendit se praecerto Apostoli, i. Thess. 5. v. 21. (3.) Hieronymi qui scripsit, se legere libros hereticorum, ut bona inde excep-

excerpat, etiam si sit, aliquos propterea de se murmurare. (4.) Gelasij, qui probare volens, Chalcedonense concilium posse partim recipi, partim non recipi, affert exemplum librorum hereticorum, & allegat auctoritatem Pauli, i. Thessalonic. c. 5. v. 21.

32. Bellarminus primum in particulari de ultimo, ibi existare negat, quod inde concluditur. tantummodo ibi dici, in utraq; haberi bona & mala: non utraq; posse recipi. alia enim est ratio conciliorum, alia librorum hereticorum. Deinde in communione opposit precedentibus testimonij: (1.) Semper fuisse monrem in Ecclesia vitandi libros hereticorum: alioqui nemo istos patres reprehendisset. (2.) Patres istos fuisse suo jure usos, quod Episcopū & multis alijs concessum fuit & olim & hodie. (3.) Nullum tunc fortasse fuisse interdictum Ecclesie universalis, de libro hereticorum non legendis: nunc vero existare, cui sit parendum. Resp. Prius inverti potest: quæ enim causa militat pro concilio Chalcedonensi, eadem pro libris hereticorum, apud peritos lectors, de quibus tantum controvèrtitur. dissimilitudo inter Conciliorum decreta & scripta privata conceditur, sed ad institutum facere negatur. Posteriorius in primo opus habet limitatione, de lectione imperitorum aut peritorum cum scandalo, largimur: non ultra. In secundo valet inversio. si enim certis personis concessa est lectio, non habet locum simplex prohibitio, multò minus abolitio. In tertio duo falsa sunt, concilium enim Tridentinum non fuit universalis ecclesia, aut hujus saltem nomine congregata: & decreta ejus nequaquam sunt leges justæ.

33. Argumenta adversariorum apud Bell. sunt duo: Unum: Prohibitio & combustio librorum hereticorum antiqua & perpetua consuetudine apud Ethnicos & Christianos observata est. E. & hodie jure observatur. Prius membrum antecedentia probat duplice facto: altero Romanorum, de quo Valer. Max. lib. 1. c. 1. altero Atheniensium, de quo Cic. l. 1. de nat. Deorum. Posteriorius confirmat partim inductione ex interdictis ecclesiæ à tempore Apostolorum ad nostra: quam, qui volet, apud Iesuitam legat: partim à signo, quod ostendit hereticorum libros esse combustos: quia hodie non existant tot volumina Valentini, Marcionis, Arij, &c. Resp. Propositionis omissione consequentia negatur, quæ procedit à facto ad jus. Assumptionis sive antecedentia membrum prius est alienum: ethni enim sunt extra ecclesiam, & eorum libri propriæ heretici dici nequeunt: posterioris una probatio in pleriq; eodem vito. επεργάτησις laborat, magicos, hereticos, & blasphemos confundendo: altera à genere ad speciem procedit affirmativa, quod non licere ex pari constat. patrum enim quorundam scripta, Ciceronis, Livij, & aliorum, quia non existant hodie, non possumus inde colligere firmiter, deperdita illa esse combustionem.

34. Al-

34. Alterum: *Colloquia hæretorum sunt periculosissima*, & idē diligenter vitanda. E. multò magis libri sunt periculosi & vicandi. Antecedens probat scripture testimonijs quatuor: (Rom. 16. v. 17: 2.Tim. 3. v 5: Tit. 3. v. 10: 2. Iob. epist. v. 10.) & sex Patrum auctoritatibus: (Irenæi l. 3. c. 3: Cypriani l. 1. epist. 3. Athanasij de S. Antonio in ejus vita: Antonij ipsis, ibidem: August. epist. 62: Leonis serm. 18. de paſt. Domini.) Consequentiam probat quatuor rationibus: (1.) quia oratio in libris scripta est artificiosior: (2.) est semper ad manus: (3.) libri magis sparguntur: que omnia secus se habent in colloquijs. (4.) ab experientia, quam probat exemplo VViclesi, qui voce paucissimos, libris totam Boemiam pervertit. Resp. Antecedens distinguendum: de colloquio familiari cum rudibus & inexercitatis concedimus: non de congregib; disputatorijs cum solide doctis & exercitatis: vide Tit. 3. v. 10. Tertull. de præscript. c. 2 imo ipsorum adversariorum testimonium, in p̄fatione Enchiridij Cosseri, & præxim Ecclesie. Testimonia scripturæ aut sunt aliena, ut primum & ultimum, que agant de conversatione familiari rudium cum hæretiis: sicut tertium de omnium impiorum consortio vitando: aut habent suam restrictionem, ut secundum. Patrum dicta eodem ēte^z q̄nto^z vicio laborant. priora quatuor de familiari conversatione: posteriora duo de rudium periculo agunt. Deniq; rationes, quibus consequentia probatur, in simplicioribus & imperitis locum habent, non in doctis & exercitatis.

35. V. Quæſt. An hæretici, ab ecclesia damnati, possint temporibus poenis atq; etiam morte multari? Resp. Affirmant Pontificij atq; Calvinianorum pleriq;: (NB. Wolfgangus Musculus in L. C. edit. postrem pag. 614. lœvitiam in vitam solius esse Antichristi ait,) nos negamus de ultimo moriis suppicio in hæreticis, quā hæreticis.

36. Subjectum in hac quæſtione est hæreticus: cuius requisita recenserit solentia: (1.) ut persona fuerit de ecclesia. (2.) ut error sit publicus de fundamentali capite fidei: & proinde unitatem ecclesie scandat scandalum. (3.) ut accedat malitiosa convicti pertinacia. Hæc ḡenere p̄p̄oꝝ hæretorum propria requiruntur ad ejus definitionem conjunctim omnia: sēp̄ autem sit, ut iūdem sint blasphemati, seditionis, homicide, scortatores, adulteri, insidiantes vitæ aliorum: que flagitia ab hæreti esse possunt diuincta.

37. Determinatio subjecti est damnatio ab ecclesia. hoc autem nomine solos clericos designat Bell. quibus cognitionem & decisionem arrogat: executionem vero magistrati politico tantum relinquit.

38. Prædicatum est duplex: Pœnaru[m] temporalium infiſcio, & inter has ultimi supplicij, nempe mortis. Distinctius ab alijs de pœni agi solet, qui alias constituunt ecclesiasticas, suspensionem à sacramentis & excommunicationem, alias

F

poli-

politicas, quales sunt abdicatione ab officio, si quod habet reus, incarceratio, multa per-
cunaria, ejusdem in exsilium, & denig, capitis supplicium. His ita expositi, dicimus,
hereticum, quia hereticus, non debere morte multari: sed alijs penit cum ecclesiastis,
tum politici coerceri. quod si idem alijs sceleribus morte dignis pollutus fuerit, luit propter ea, non ut hereticus, sed ut facinorosus. (Lutherus T. 4. Jenae
fol. 408, item T. 5. in Psal. 82. fol. 74.b. Anabaptistas, non ut heretics, sed ut blasphemos, tolli posse ait. Et hac ratione conciliari posse
videatur duo consilia contraria, quæ exstat decade IV: Sidemb. quorum
unum est Brentij mitius, alterum Urbani Rheygi rigidius: num. 1. & 2.)

39. Argumenta nostra recenset Bellarminus octodecim: (sed al-
tera eorum pars est supposititia, ex Anabaptistarum schola, qui hereticos à magistra-
tu politico nulla pena affici volunt: cum quibus non facimus.) Primum Lutheri
(T. 2. lat. 1en. fol. 301. in assertione articuli 33.) Ecclesia ab initio sui usq; buc nul-
lum combussit hereticum. E. non videtur esse voluntas spiritus ut comburantur.

40. Bell. negat antecedens, probatq; contrarium inductione septem membris eo-
rum, qui ab ecclesia sine combusso. Ista exempla (inquit) aut ignoravit Lutherus,
& tunc imperitus est, aut non ignoravit, & impudens ac mendax esse convincitur.
Resp. esse ignorationem elenchi. Lutherus de vera ecclesia & de hereticis, quia ha-
reticis loquitur: Bellarminus obducit exempla eorum, qui & heretici, & facinorosi
fuerunt, alicubi etiam Pontificis tyrannide, & qui ab eadem excæcati fuerunt, pro ve-
ra ecclesia supponit: de quibus, ut Galys, in ipso disputationi actu publico commodius.

41. Secundum: Experiencia testatur, non profici terroribus. E. heretici
non sunt comburendi.

42. Bellarminus negat antecedens, probatq; contrarium duobus argumentis:
(1.) Donatistæ, Manichæi, & Albigenses armis profligati & extinti sunt. (2.) Au-
gustinus testatur epist. 48. plurimes esse conversos suo tempore ob metum penæ. Resp.
In priori argumendo est ēteregzitwæ vitium, nos de profectu in evelenda ha-
rest ex animis hereticorum loquimur: adversarius de profectu ad tollendos e vi-
ta hereticos, quoniam heresis ipsa non eradicatur, nisi omnes ea infecti tollan-
tur, & resuscitationi per alios simul occurratur. In posteriori est fallacia acci-
dantis, non enim per terrorem supplicij, sed per conjunctam informationem con-
versi fuerunt, si modò vera fuit conversio.

43. Tertium: Ecclesia tolerat Iudeos. E. muliò magis tolerabit hereticos;
(Argumentum est Anabaptistarum potius quam nostrorum, qui pro hereticis pa-
lam proficiuntibus suas hereses, sicut Iudei sua dogmata, in ecclesia tolerandis, sed
alijs modis, quam mortis supplicio coercendis, agimus.)

44. Quartum, ex Esaiæ 2. v. 4. Conflabunt gladios suos in vomeres, &
latr-

lanceas suas in falso. E. Ecclesia non oppugnabit gladio corporali suos besties hæreticos. (Luth. ibid.)

45. Bellarminus contra antecedens duo opponit: (1.) describi in eo tantum tempus adventus Messie, non statum ecclesie subsequentibus temporibus, ut vult Luth. (2.) Si verum est, nunquam futura in ecclesia bella, apud Lutheranos non esse ecclesiam, qui & inter se & contra Catholicos gravissima bella mororuntur: quale fuit illud contra Carolum V. in quo dux Saxonie & Landgravii fuit captus. Resp. Prius negatur. agitur ibi de gentium vocatione ad ecclesiam, & constitutione animorum in ipsis, studentibus servare unitatem spiritus per vinculum pacis, Eph. 4. v. 3. & culturam pacem cum omnibus, quantum in ipsis est. Rom. 12. v. 18. Posteriorius disting. Ecclesia vera, in quantum ecclesia, nulla movet bella offensiva, sed suscipit defensiva: quæ sunt juris naturalis, teste Bell. c. 14. p. 479.

46. Quintum: ex Ef. 11. v. 9 Ecclesia N. T. absq; tæde & sanguine est propagatura doctrinam Evangelij. E. non occider hæreticos.

47. Bell. negat antecedens agere de ecclesia: quod ait loqui de diabolo, & hæretico, qui licet videantur nocere ecclesie, non nocent tamen, sed eam in sapientia & patientia proficere faciunt. quod probat auctoritate Hieron. & Cyrilli. Resp. negamus: contrarium ita probamus: Si per bestias illas venenatas, de quib. v. 6. 7. 8. intelligitur Diabolus & hæretici; vivent hi ipsi aliquando pacificè in ecclesia. id enim ibidem de iis dicitur. Non hoc. E. nec illud.

48. Sextum: Matth. 18. v. 17. Dominus constituit, ut hæretici habeantur pro ethnici & publicani, non ut comburantur: & Paulus ad Tit. 3. v. 10. jubet hæreticum vitari, non occidi. E. non licet eos occidere.

49. Bellarminus consequentiam negat, cuius insinuatatem ostendit duabus instantijs: (1.) Christus & Paulus hoc loco non præcepunt, sed nec prohibuerunt, ut comburerentur hæretici. E. nihil ex his locis pro ea sententia possit deduci. Consequentiam probat ex paro facto Lutheri l. 2. contra celest. prophetas: qui Carolostadio querenti, Cur nomen Sacramenti usurparet, cuius usurpandi præceptum non haberet, respondit, Neg^o, interdictum de eodem existare. (2.) Christus & Paulus nusquam jubent adulteros & falsarios occidi: & tamen id recte fieri, ipso Lutherio teste. E. idem de hæreticis occidendi dicendum. Resp. Prioris antecedens negatur. designatio enim mitioris poenæ tollit graviores. Lutheri factum est planè dispar. ibi de nomine rei in vera ecclesia usitato: hic de poena homini in praxi vere Ecclesie N. T. inusitata agitur. Posterioris consequentia laborat fallacia parium. antecedens est in V. T. præceptum, nec in N. T. abrogatum: consequens verò licet ibi fuerit mandatum, hic tamen est sublatum per declarationem Christi & Apostolorum, Matth. 13. v. 30. Luke 9. v. 54. 55. Tit. 3. v. 10. & alibi.

50. Septimum: B. Martinus apud Sulpitium l. 2. bīst. sacræ, redarguit Idacium & Ihabium episcopos, qui procurabant mortem Pr̄iscilliani hæretici apud Imperatorem: eodemq; ipse Sulpitius ibidem tanquam ingeniuū criminis reos propter eandem caussam accusat. E. hæreticorum mors non est procuranda. (Argumentum non esse nostrorum conclusio aberrans à proposito indicat: non male contra inquisitionem Pontificiam usurpari potest.)

51. Octavum: ex 1. Cor. 11. v. 19. Oportet hæreses esse, ut, qui probati sunt, manifesti fiant. E. non debent extirpari. (Argumentum tali forma à nostris produci ignoramus: qui locum Apostoli à Lutherō in hac materia allegatum scimus.)

52. Nonum: Lucæ 9. v. 54. 55. discipulis, comburere Samaritas cupientibus, Dominus ait: Nescitis, cuius spiritus es tu. E. combustio hæreticorum non probatur Christo. (Luth: ibid.)

53. Bell: negat consequentiam propter disparitatem duplēcēm: (1.) in personā: Samaritani nunquam promiserant, se servaruros religionem Christi, quæ tunc eis primum offerebatur, ideoq; compellendi: secus est in hæreticis. (2.) in causa impulsiva: Petrus & Iohannes amore vindictæ cupiebant Samaritanos comburi: ecclesia Zelo salutis animarum persequitur hæreticos. Illustrat hæc similibus exemplis: septem: (1.) Christi, Ioh. 2. v. 15; Matib. 21. v. 12. (2.) Petri, Act. 5. v. 5. & 10. (3.) Pauli, 1. Cor. 5. v. 5. (4.) Mosis, (5.) Phineas (6.) Heliæ, (7.) Matathiae, qui Zelo Dei plurimos occiderunt Resp. Prior argumentum laborat duplii presupposito falso: nempe compulsionem legitimam, eamq; ecclesiasticam, fieri posse corporalibus armis, quæ sit concione legis ejusq; ad ministro, disciplina ecclesiastica: item, eidem locum esse tantum apud eos, qui religionem Christianam semel amplexi constantiam in ea servanda promiserunt: quod neq; scriptura docet, Luce 14. v. 23, & abnuit ratio, dictinans p̄ us opere & quidem acrioris opus esse in ihs, qui longius, quam qui proprius absunt. Posterior falsum caussam pro vera supponit: ecclesia enim Pontifica, quæ intelligit Bellarminus, metu diminutionis sui regni per Lutheranos & Calvinistas, non amore salutis eorum, quos persequitur, supplicium moris adhibet. Exempla addacta sunt dissimilia: quod ostendit, (1.) caussa efficiens, quæ fuit secundū scientiam & impulsu voluntatis bona, sed ut plurimū extraordinario motu pontificiorum est sine scientia vera & scopo peccato, qualis Zelus erat Pauli nondum conversi, Gal. 1. v. 13; Philipp. 3. v. 6; 1. Timot. 1. v. 13. (2.) modus, qui in quibusdam exemplis fuit, non moris supplicium, per gladium corporalem, sed ejusdem excommunicatio, & miraculosa occiso. (3.) objectum, quod non sunt hæretici, sed alijs criminibus polluti.

54. Decimum: Matib. 13. v. 30. Sinite uiraḡ ire crescere uaḡ ad messem. Hic aperte Dominus prohibet hæreticos occidi. E. non sunt occidenti. Antecedens confirmatur auctoritate Chrysostomi in hunc locum, & Cypriani l. 3. epist. 3. ad Maximum

num & Urbanum: qui per Zizania intelligunt hereticos; quos evellere soli Domini concessum est.

55. Bell. contra antecedens duo affert: (1.) subjectum ampliat. Zizania enim vult esse non solos hereticos, sed omnes homines malos: quod probat ex v. 41 (2.) Distinguunt inter doctrinam generalem, qua sit Christi prohibentis, ne boni conentur omnes malos ubiq; extirpare: (id enim fieri non posse sine ingenti clade bonorum, qui eidem sunt permixti, ut tritum Zizanij) & inter questionem in particulari de his vel illis: hic enim considerandum est, an id fieri possit, sine detrimento bonorum, & tunc extirpandi sunt: si minus, vel quod non satu noti, vel quod nobis fortiores sunt, tunc quiescendum est, ut Aug. l.3. contra epist. Parmen. c. 2. responder Pro-syllogismum utrumq; rejecit: priorem ex Chrysostomo: quia secundum quid tantummodo loquatur, nempe, si ex occidente hereticorum atrox bellum sit timendum: posteriorem ex Cypriano: quia per Zizania intelligat celestos & malos Christianos, quos solus Dominus posse discernere a bonis. Resp. primò negamus per Zizania intelligendos esse omnes malos: probamusq; nostram explicationem a contrario. Semen bonum satum denotat doctrinam fidei & morum, non opera: quod patet ex v. 19. E. per Zizania heres, non facinora mala: Probatio ex v. 41. est synecdochica genera-ri, comprehendens sub se omnes species, itaq; heres in non excludit. Deinde & sensus generalius, quem vult Bell. esse dicti Christi, & usus ejusdem in particulari probationem ex scriptura requiri mus. Augustini responsum, quod hic trahit, alienum est dupliciter: 1. subjecto, 2. predicato: illud est apud August. malus in morib; hoc ex-communicatio: Iesuita autem agit de errantibus in fide, quos vult occidi. De hoc con-stitut ex Bell. scopo: de illo ex argumento Augustini, quod est contra Donatistas, qui peccantes in vita & moribus esse ejiciendos ex ecclesia, quam ex soli boni & perse-ctus constare debere asebant: quam disciplinam ecclesiasticā tam deniq; adhibendam ait, quando cuiusq; crimen notum est, nec ullum periculum schismatis ex posterioribus metuitur. Deniq; in Chrysostomo acceptamus, quod per Zizania non evellenda inteligit hereticos non occidentados de causa, cur Christus id prohibuerit, non est quasio. Cyprianus dū Domino concessum esse ait, constringere vas a scilicet & inbonorata, derrogat idipsum hominibus, quis tantū furor pravus armat, ut idem postea loquitur.

56. Undecimum: lob. 6. v. 66 67. cum multi ex discipulis recessissent, Domi-nus ait, Vultis & vos abire? E. sic etiam facere debet ecclesia, & dimittere hereticos. (Argumentū apparet esse Anabaptistarū, libertate omnimodā hereticū postulantiū.)

57. Duodecimum: Fides est donum Dei. E. nemo ad eam cogi & compelli potest. (Nobis cum libertate credendi seu porius opinandi, in hoc argumento nihil, qui compulsionem legitimam, non ad fidem, sed ad fidei media propugnamus, Argumentum hoc, quod aberrat ab instituto, suis autoribus relinquimus.)

58. Decimuta tertium: Dominus attribuit Ecclesie gladium spiritus, quod est verbum Dei: non autem gladium ferri: inquit Petro volenti gladio ferreo ipsum defendere ait, Mitte gladium tuum in vaginam, iohann. 18. v. u. E. ecclesia non debet uti gladio ferri, sed spiritus contra haereticos. (Questio est, de officio magistratus politici in puniendo haereticis, an illud se excendarat usque ad ultimum supplicium, quod est capitis: argumentum vero est de officio ecclesiasticorum erga eosdem, quae aberratio a proposito ostendit non esse nostrorum.)

59. Decimum quartum: Ecclesia non parcit haereticis nisi semel: Apostolus autem ad Tit. 3. v. 10. jubet, ut bis ad minimum haereticis parcatur. E. contra Apostoli praeceptum facit. (Locum, ex quo desumptum est argumentum, a D. Luther, sed alio fine, citatum scimus: argumentum eo modo ab ipso formatum non legitur: quin vertendo aberratione sua aliorum potius, quam nostrorum esse indicat.)

60. Decimum quintum: 1. Cor. 5. v. 12. Nihil ad nos de his, qui foris sunt. At haeretici sunt foris, sive extra Ecclesiam, E. eorum cura nihil ad nos. (Conclusio non est nostra, qui nequaquam id assertimus, quod ipsa vult, haereticorum curam non esse suscipiendam ecclesiae: tantum de magistratu politico hic agimus, an ei competit ex officio animadvertere in haereticos capitali supplicio.)

61. Decimum sextum: Contra mansuetudinem ecclesiae esse videtur, vel le mortem haereticorum. L. id non est statuendum (Argumentum est de ecclesia eiusque affectu sive animo: at questio est de magistratus politici officio.)

62. Decimum septimum: Fides est libera. E. nemo per mortuū supplicium ad eam cogendus. (Libertatem credendi seu potius licentiam quidcumque opinandi, quem concessum homini in ecclesia degenti negamus, ejus propugnatoribus defendendum relinquimus.)

63. Decimum octavum: Nunquam Apostoli brachium seculare contra haereticos in vocaverunt. E. neque bodie id ipsum facere debet ecclesia in ultimo supplicio de haereticis sumendo.

64. Bellarminus negat consequentiam, allata disparitatis causa ex Aug. epist. 50. ubi dicit, Apostolus id non fecisse, quia magistratus tunc non erat Christianus: hoc autem, immo etiam olim post tempora Constantini fuisse, & esse aliam ecclesiae conditionem, postquam principes ad fidem Christianam sunt conversi: ubi eorum auxilium implorare licet. Resps. est ignoratio elenchi. argumentum agit de imploratione magistratus politici in pena capitali contra haereticos, quatenus tales: objectio de eadem in coercendis haereticis tumultuantibus, saevientibus & violentis: contra quos non ut haereticos, sed ut flagitosos & crudeles brachium seculare sui officij recte admonetur. (Vide Aug. T. 2. col. 216: de saevitia autem & immanitate Donatistarum in Africa, col. 214. & de ultimo supplicio in coercitione excepto, col. 220.)

65. Has

65. Hac de argumentū, que Bellarminus tanquam nostra produxit, cū dimis
dia eorum pars sit ab instituto aliena: de aduersioram, quæ quin duplia
sunt, (vide Bell. c. 21.) proximum esset, ut ageremus: sed partim vitande prelixī-
tati nimia, partim instituti nostri gratia, quod unicē ad verbum Dei de hoc, ut &
de alijs quæstionib; respiciat, contenti erimus in præsentia unius argumenti explicā-
tionē, quod ex V. T. mandatis. Deut. 13. v. 5; c. 17. v. 12; c. 18. v. 20. ita formatur: Scrip-
ptura V. T. (seu potius, Deus per scripturam) severissimè jubet, falsos prophetas, no-
leentes obedire sacerdotis summi imperio, qui suadent colere Deos alienos, sine ulla
misericordia occidi. E. sunt occidendi. Consequens illustrari potest exemplū non so-
lum Helie, Iosie, Iehu, & aliorum, qui falsos prophetas occiderunt. 1. Reg. 18. v. 40:
2. Regum 10. v. 1. & c. 23. v. 20. sed etiam Nabuchodonosorū, qui eosdem imitatus est
edicto suo. Daniel. 3. v. 29: Vide Aug. epist. 50. Resp. Propositionis omissa consequen-
tia negatur. scriptura enim illa sive leges V. T. fuerunt forenses, cum respectu cer-
tarum personarum, loci & temporis latè, ut ex cap. 13. v. 1. & 12. patet, ideoq; ad nos
in N. T. non pertinent. Quid? quod leges adductæ incurvant quodammodo igno-
rationem elenchi, prima enim & ultima agunt de falsis prophetis apostasiā fra-
udentibus, non de hereticis simpliciter: quamvis sèpe fiat, ut idem sint fanatici &
heretici, id quod de Anabaptistis, Enthusiastis & Swenckfeldianis constat: quibus ta-
men, nisi idem blasphemari, seditionis & turbulentie fuerint, parcii debet quod ad vi-
tam. Intermedia de causis forensibus & ceremonialibus, cum quaestio sit de hereti-
ciis. Exempla vero ad legem quidem quadrant, quæ sunt temporaria: in personis tamen
esse aliquid extraordinarium, ex facto Eliæ liquet. Reliquorum examen
in actum disputationis rejicimus: Deo opt. max. gratias agentes, qui
dedit reges, & principes ecclesiæ suæ nutritios Es. 49. v. 23. & mini-
stros suos, ad laudem bonorum, & metum malorum, Rom. 13. v. 3. 4; eundem pro omnibus in eminentia constitutis rogamus, ut colant
ipsum cum timore, & exsultent cum tremore, Psal. 2. v. II. & nos sub
eorum protectione tranquillam & quietam vitam degamus, in omni
pietate & honestate, 1. Timo. h. 2. v. 2. A M E N.

Additamenta quedam, ad Bellarmini de hoc ar-
gumento tractationem dijudicandam scitu non inutilia: quorum expli-
catio brevitatis studio in ipsa ovato p̄petuā est omissa.

1. Quest. An Christus instituerit ecclesiasticum magistratum, Lucæ 22.
v. 25. 26? Resp. Bell. affimat lib. de laicis c. 3. §. Ad secundum: nos negamus.

2. Quest. An Paulus veret fieri servum hominis sive servire homini propter
hominem tantum, 1. Cor. 7. v. 23. Resp. affimat idem ibidem, §. Ad quartum: nos
negamus.

3. Quest.

3. Quæst. An filij **אֶלְ�רֹהִים** sint filij principum, Gen. 6. v. 2? Resp. affirmativa aperta tribuitur Anabaptistis à Bell. c. 2. §. Secundum, ab exemplis: tacita hujus colligitur ex c. 4. §. Ad argumentum in contrarium: nos negamus.
4. Quæst. An certum sit, quod rebellio Israelitarum à tribu Iuda significari est schismata hæretorum? Resp. affirmat Bell. (cap. 4. §. Tertio dico) ex Eucherij lib. 3. super librum Regu.: nos certitudinem repugnare principijs Bell. (lib. 3. de verbo Dei, cap. 3. §. Sed quanquam.) ipsamq; assertionem præsupposito falso laborare statuimus.
5. Quæst. An Cain condidisse civitatem dicatur Gen. 4. v. 17, an verò tantummodo condere cœpisse? Resp. prius affirmat Bell. c. 2. §. Quintum, ab origine: & alij, inter quos est Augustinus, lib. 15. de civit. Dei c. 1: nos posterius.
6. Quæst. An Jobi c. 34. v. 30. dicatur, quod Deus faciat regnare hominem hypocritam propter peccatum populi? Resp. affirmat Bell. c. 8. sub finem. §. Ad tertium. ex Aug. lib. 5. de civit. Dei, cap. 15. & consentit vulg. versio: nos negamus.
7. Quæst. An Esaie c. 33. v. 22. de politico magistratu agatur, & affirmetur, quod sit legifer? Resp. affirmat Bell. c. 10. §. licer Christiano: nos negamus.
8. Quæst. An lex aliqua sit Evangelica? Resp. affirmat idem ibidem, §. secundum probatur: & alibi: nos negamus.
9. Quæst. An liberas Christiana in eo consistat, ut possimus eligere bonum & rei scire malum? Resp. affirmat Bell. ibidem, §. Tertius noster: nos negamus.
10. Quæst. An certum sit, tributum non deberi regibus, nisi ut possint alere milites in defensionem reipublica? idq; dicatur ab Apostolo, Rom. 13. v. 6. Ideo tributa præstat. ministri enim Dei in hoc ipsum servientes: nimur ut gladio puniant perturbatores publicæ pacis, quia præmiserat. Non sine causa gladium portat. Dei n. minister est, vindicta in iram. Resp. affirmat Bel. cap. 14. §. Dico secundum: nos negamus.
11. Quæst. An omnibus licet publicas injurias bello perseguiri, qui ad superiorem non possunt confugere? Resp. affirmatio videtur esse Bellarmini c. 15. §. Prima igitur conditio: ubi ratio non procedit, nisi propositio omessa sit universalis: nos negamus.
12. Quæst. An auctoritate legitima non sit opus in bello defensivo? Resp. affirmat idem ibidem, §. Residet autem: nos limitandum censemus.
13. Quæst. An oblata satisfactione tantum ex charitate & æquitate, non ex justitiae rigore, sit desistendum à bello? Resp. Bellarminus prius, ibidem, §. Sed querat aliquis: nos posterius tuemur.
14. Quæst. An pro vita captivorum sceleratorum & crimen (capitale) factorum intercedere sit justum? Resp. affirmat Bell. cap. 14. §. Respondeo, videtur Erasmus: dum id Episcopos modò facere solere affirmat, & ante eum August. epist. 58. idem censuit: nos negamus.
15. Quæst. An licet magistratu reos impunè dimittere, ad intercessionem aliorum? Resp. affirmativa olim fuit Augustini: (vide epist. modò allegatam) negativa Macedonij (vide epist. præcedentem) Bucatus in institut. loco XLIX. quæst. XLII: distinctione uritur: nos, ubi lex divina non distinguit, conscientiam talibus distinctionum pharmacis & fomentis transquillam reddi non posse censemus.

Tarnov, Paulus.

c) Q. u. Prof. Theol. in Rg. 18. ab: 2^o Novembre 1621.
Jun: 1562. var. Joh. Tarnov. ^{soh} Prof., mag. in Lübeck, Lübeck,
u. Tarnov in Rg. 18. ea in 2^o Lectori de farrim im Medebur-
gi in comitatu, u. et qm la 1604. vir naq' Rg. 18. huius mrt.
Ensis) Libros tres de conjugio iuxta Bellaminum.

v de sacramentis.

- 3) de ministerio verbi divini et sacramentorum ^{ante.}
- 4) oivoyu reue et orthodoxae doctrinae de fidejunctio-
- 5) electionum de sacramentis in genere & no oblationis.
- 6) Coment. in S. Iohannis Evangelium.
- 7) Librum de SS. Trinitate iuxta Tant. Socium, Rob:
Bellaminum u. lac. Wickeum.

e) Lippe als

- a) de ministrorum verbi divini officio Rost: 1618. in 4.
- b) de legitima sacramentorum ad ministrandum ratione
Rostochii 1618. in 4.
- c) de ministerii evang: apud Eutheranos reveritate,
factu ei efficacia. Rost: 1618. in 4.
- d) de ministrorum verbi divini abdicatione, translatione,
dimissioneque. Rost: 1620. in 4.
- e) Examen doctrinae pontificiorum de omniene/precatore.
- f) de bonis operibus.
- g) de peccato originis.

- v) de discrimine peccati venialis et mortalis.
i) de novo evangelio.
x) de clavis regni celorum, solvente et ligante.
l) de magistratu politico. Rostochii 1620. in 4.
m) orat. de vita Lucae Baumeisteri.
n) de visitatione gratiosa per Lutheri ministerium etc.
u. Arb. q. 6. Mart. 1623. ab oratione in die Zirkus/Act 8
d) Herr. Tarnowii orat. de Paulo Tarnovio, fratre.
e) Freheri theatinum emitorum.
v) Witte memoriae theologorum, Historia
p) a Seelen Athenee Lubecensis.
q) Figaro, 2. - 9. gallico Lexicon 2. N. Lippig 1751.
in gr. 4. pag: 1010 u. 1011.

Michaëlis, Christianus.

r. C. d' script Theologus, geb. in Rostock in der Wahrheit 1588.
d. 16. Dec. 1629, nachdem er die Ro. 10., hi. dicit, dicitur in die
ni. serium psalm, u. inde den Pastore u. Sup. an der Zerstö-
Zirch verhaft. Er gab sel. et mel pionum; hiezu ihm Rachels
puerperium, in a. r. Domini. dicit. r. Prof. Ned. in Rostock
z. Affuerum pro, verst. 1652. ex br. B.

1/ Goetze elogia theologorum.
2/ Döbs, L. A. gal. Lex. P. III. p. 510. m. gr. & b. 1751.

Michaël, M. Pan:

von Lindam, in somm, war Mag. Philos. u. Pastor,
u. Protag. Sup. de Th. nov., Priv. A. fr. de certa plenitatis
no me expectatione; puncta religionis inter Lutheranos
et Calvinianos aus Türtin logij von der Stigndt. in, zu ihm
Lunden zufu im lugra am u. Calvinisten u. Karlsburg 7. Sept.
1644. im 53. Jahr. 8.

1/ Witte diarium biographicum.

2/ Döbs, L. A. gal. Lex. P. III. p. 510 et 511. m. gr. 4.
b. 1751

Vulpinus, Henricus.

von Lübeck in der Wahl war auf Antrag der Schulen in
Ag. 1651, Samstag vor Gymnasii in Rostal Rektor. Vrb.

1) Nomenclatorem dauidiam hebreo-latinum.

2) Collegium ethicum.

3) Arithmeticum.

4) disput. de generali philosophiae coniunctione.

5) Seminaria in quaestiorum ethicorum.

6) de minutis physios et arithmeticis astronomicae
regulis practicis.

7) de manuione pitiæ Dei, ex Ep. VII, 14. etc. n. art. 1626. d.

a) Witte diarium biographiaem.

b) Swertius, Atheneas belgicae.

c) Föhrer, E. H. gotl. Lex. P. N. p. 1758. in gr. A.


pag. 1751.

65. Hic de argumentis, quæ Bellarminus tanquam nostra produxisse eorum pars sit ab instituto aliena: de aduersiorum, quæ sunt, (vide Bell. c. 21.) proximum esset, ut ageremus: sed partim vita tamen nimis, partim instituti nostri gratia, quod unicè ad verbum Dei de alijs quæstionibus, respuit, contenti erimus in præsentia unius argumentatione, quod ex V. T. mandatis, Deut. 13. v. 5; c. 17. v. 12; c. 18. v. 20. ita fortiora V. T. (seu potius, Deus per scripturam) severissime jubet, falsos lenentes obedire sacerdotis summi imperio, qui suadent colore Deos alii misericordia occidi. E. sunt occidendi. Consequens illustrari potest exemplum Helie, Iosiae, lebu, & aliorum, qui falsos prophetas occiderunt, 1. Regum 10. v. 1. & c. 23. v. 20. sed etiam Nabuchodonosorū, qui eosderedito suo. Daniel. 3. v. 29: Vide Aug. epist 50. Resp. Propositionis omissione negatur. scriptura enim illa five leges V. T. fuerunt forenses, cum barum personarum, loci & temporis latitudine, ut ex cap. 13. v. 1. & 12. patet in N. T. non pertinent. Quid? quod leges adductæ incurvant quod, rationem elenchi, prima enim & ultima agunt de falsis prophetis abundantibus, non de hereticis simpliciter: quamvis sepe fieri, ut h̄dem & hereticis, id quod de Anabaptistis, Enthusiastis & Swenckfeldianis convenit, nisi h̄dem blasphemari, seditionis & turbulentie fuerint, parci debet. Intermedia de causa forensibus & ceremonialibus, cum quasdam eius. Exempla vero ad legem quidem quadrant, quæ sunt temporaria: men esse aliquid extraordinarium, ex facto Eliæ liquet. Reliquorum in actum disputationis rejicimus: Deo opt. max. gratias dedit reges, & principes ecclesiæ suæ nutritios Es. 49. vi. fratres suos, ad laudem bonorum, & metum malorum, Rogenundem pro omnibus in eminentia constitutis rogamus: ipsum cum timore, & exsultent cum tremore, Psal. 2. v. 11. eorum protectione tranquillam & quietam vitam degamus pietate & honestate, 1. Timoth. 2. v. 2. A M E N.

Additamenta quedam, ad Bellarmini argumento tractacionem diligendam scicu non inutilia: quorundam brevitatis studio in ipsa ovro. Per est omissa.

1. Quæst. An Christus instituerit ecclesiasticum magistratum v. 23. 26? Resp. Bell. affirmat lib. de laicis c. 3. §. Ad secundum: nos

2. Quæst. An Paulus vetet fieri servum hominis sive servire habominem tantum, 1. Cor. 7. v. 23. Resp. affirmit idem ibidem, §. Ad megamus.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE23 Patch Reference numbers on UTT Serial No. [redacted]